

213.



Disputatio XV.

DE ADQUISITIONE FEVDL
per successionem.

QVAM,

Fuvante DEO.

AVCTORITATE
ET CONSENSV AMPLIS-
SIMI IVRISCONSULTO-

RVM COLLEGII,

PRÆSIDE,

CONSULTISSIMO VI-
RO, DN. HENRICO BOCERO,*I. V. D. Clarissimo, & in illustri Tubingensium Academia Profef-
sore celeberrimo, Præceptore, & patrono
suo summè honorando,*

PRO INSIGNIBVS ET PRIVILEGIIS

Doctoralibus in utroq; Iure consequendis, ad 19. Decemb.

*horis matutinis publicè in Aulâ nouâ, de-
fendendam sibi sumit*

MATTHÆVS SCHVLTER, E.



TVBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium.

ANNO M. D. XCIX.

AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS, CONSULTISSIMISQUE VIRIS;

DOMINO SCHWEICKHARDO KEGELIO, IURIS VTRIVSQUE Licentiato, Præfeto Cancellariæ Camerae Imperialis laudatissimo:

DOMINO CONRADO TOLDIO, IURIS VTRIVSQUE DOCTORI, INCLYTÆ REIPVBL. Imperialis Hale Sueuorum Aduocato dignissimo:

DOMINIS COGNATIS suis honorandis:

ET

DOMINO MARCO NEVGIO Iuris Vtriusq; Doctori:

DOMINO LVDOVICO MVLLERO, Iuris Vtriusque Licentiato:

DOMINIS AFFINIBVS suis colendis:

POSTERIOREM HANC PRO gradu Doctoratus à se susceptam disputationem, honoris & obseruantiae causa consecrat & dedicat,

MATTHÆVS SHVLTER Resp.

382

I.

Disputatio XV.

DE ADQUISITIONE FEUDI per successionem.

T H E S I S I.

Restat tertius acquirendi feudi modus, successio; (a) Est autem successio adquisitio feudi illius, quod ex causa Vasalli deficientis, (b) feudorum lege, ipsi succedenti obuenit. (c)

(a) Cui etsi primitus non erat locus in feudis, quippe quæ mortuo Vasallo statim redibant ad dominum. t. 1. §. & quia filius. vers. deinde statutum. lib. 1. F. Exemplo sc. vsusfructus, qui mortuo vsufructuario finitur, & ad proprietariam reuertitur. l. 3. l. corruptionem. 16. C. de vsufr. l. 3. in fin. D. Quib. mod. vsufr. amitt. §. finitur Inst. de vsufr. hodiè tamen & nouo Iure successione, feudum non minus acquiritur, quàm Inuestitura noua, vel prescriptione, text. expref. in t. 1. in fin. t. 11. & t. 33. in pr. 2. F. (b) id est, non defuncti tantùm, sed etiam ex culpa remoti; Quod enim agnatus Vasalli illius, qui ex culpa non in dominum, sed tertium aliquem commissâ feudum amisit, Iure succedas in illud feudum, text. est in t. 26. §. si Vasallus. t. 31. & 37. 2. F. (c) his verbis significatur vtraq; huius successionis species, successio sc. verè legitima, & testamentaria, eò, quòd non ineptè lege Feudorum obuenire dicatur etiam feudum illud, quod ex testamento (certis casibus feudorum placitis id permissentibus) condito defertur, arg. l. obuenire. 130. D. de verb. Sig.

II.

Circa hanc autem successionem duplex inspectio incurrit; vna de ipsa successione per se consideratâ, altera de veteris inuestituræ renouatione, successorii ad obtinendum feudum necessariâ.

III.

Successio feudi per se considerata, alia legitima est, siue regularis & ordinaria, alia testamentaria siue irregularis & extraordinaria.

00 2 Quod

Quòd ordinaria feudi successio ex testamento nulla sit, sed extra ordinem, & contra communes l. F. regulas eadem permittatur, patet ex t. 8. in pr. 1. F. & arguit text. t. 48, 2. F. Quam ob causam, licet de Iure communi legitima successioni non sit locus, quandiu heres speratur ex testamento, Nos tamen de legitimâ successione, utpote in feudis & F. Iure ordinariâ, prius agemus.

IV.

Legitima feudi successio est, quâ deficientis Vasalli feudum, acquirunt illi, qui ex primo acquirente (a) iustè descendunt, Quorum ordines siue gradus duo sunt, Vnus liberorum, aliter collaterallium, siue adgnatorum.

(a) siue primus acquirens sit ipse deficiens Vasallus, siue alius aliquis ex parentibus vel maioribus ipsis, t. 11. in. pr. §. & his deficientibus. t. 26. §. adoptiuos. & §. naturales filij. t. 31. ibi, remoti ab eo, qui id adquisiuit. t. 50. §. paternum. 2. F. (b) Isti enim tantum liberi & adgnati deficiente Vasallo in feudum succedunt, qui ex primo acquirente legitime descendunt. d. t. 2. F. (c) d. t. 11. in pr. §. his verò deficientibus. 2. F. Et si. a. Parentes Iure communi inter legitimos heredes secundum obtineant gradum, in feudo tamen liberis suis regulariter non succedunt, per inf. notat. ad th. 34. lit. a.

V.

In legitimâ igitur feudi successione prima causa est liberorum, si sint legitime nati, (a) qui in feudum succedunt, quamuis fuerint à parentibus emancipati (b) vel exheredati (c) aut preteriti (d) modò tamè ob aliâ aliquâ causam in feudo succedere expressè nò sint prohibiti. (e)

(a) per alleg. ad th. seqq. (b) Iure enim communi parentibus succedunt in allodialibus. Nou. 118. c. 1. proindeq; etiam in feudis, siquidem feudorum placitis contrarium non sit definitum, arg. t. 1. §. strenuus. 2. F. maxime, cum liberorum appellatione contineantur, l. cognoscere. §. liberorum. D. de verb. Sig. Filiorum item, quippe quòd per emancipationem filius non desinat esse filius, l. 3. §. si emancipatus, & §. seq. D. de bon. poss. contra tab. cum natura veritas hominum factò non mutetur, l. filio. 213. D. de lib. & post. Et emancipatio honorem & commodum, non autem detrimentum filio emancipato adferre debeat, §. hæc quoq; Inst. per q. pers. cuiq; adq. Generaliter autem & indistinctè lex feudalis ad feudi successionem admittit liberos, & ex liberis filios, t. 11. in pr. t. 50. in pr. 2. F. t. 8. in pr. 1. F. Diss. Sonfb. de feud. p. 9. n. 58. & seqq. eo quòd emancipati agnati esse desinant, §. vlt. Inst. de leg. adg. tut. §. minima. vers. veluti. Inst. de cap. d. m. In feudis. a. adgnati non etiam cognati succedant

t. 11. in pr. & §. 1. §. ad adgnatorum. 2. F. Sed V. Duar. de feud. c. 11. n. 3. &
 Vves. c. 6. n. 9. (c) Nulla enim patris ordinatio quidquam valet in feudo,
 t. 8. in pr. 1. F. ergò nec exhereditatio; adhuc, quòd ad aliquem iure singulari
 pertinet, veluti feudum, id etiam ei exhereditato relinqui debet, l. filiusfam. 114.
 §. cum pater. & §. seq. ff. de leg. 1. l. dotem. 6. ff. de collat. l. vel quod. 6. in pr.
 vers. exhereditatus ff. de Relig. & sumpt. fun. exhereditatio enim adimit tantum
 hereditatem exheredantis, l. 5. Papinianus. §. si quis matris. ff. de inoff. test. l. 8.
 eod. Nou. 115. c. 3. à quâ feudum separatur, t. 45. 2. F. & proinde ademptâ
 quantumvis hereditate, feudum nilominus relictum intelligitur, quia in se-
 paratis de vno ad aliud nihil infertur, l. duobus. 25. ff. de test. tut. Pater deniq;
 Vasallus ne quidem maiorem partem feudi testamento suo vni ex filiis dare po-
 test, t. 8. in pr. 1. F. Ergò neq; per exheredationem adimere, siquidem priuatio
 prasupponat habitum, & illius sit adimere, cuius est dare. l. 3. ff. de R. l. l. 4.
 de adq. hered. eandem hanc sententiam amplectitur Sonsb. de feud. p. 9. n. 61.
 D. Vult. lib. 1. de F. c. 9. n. 96. Iac. de Belu. Bl. Aluar. & alij ad t. 45. F. 2. Dec.
 conf. 208. in fin. Ruin. conf. 17. n. 11. & conf. 149. n. 8. vol. 1. Hart. Pist. li. 2.
 q. 2. Dissentiunt tamen communiter interpretes tum per text. t. 24. §. predictis
 modis. 2. F. tum, quod exhereditatus habeatur pro mortuo, l. 1. §. sed & si pa-
 truus, ff. de coniung. cum emancip. lib. & aspirare non possit ad successionem
 feudi, nisi simul sit heres patris sui in allodio, d. t. 45. 2. F. cuius tamen com-
 munitis opinionis plures limitationes collegit & ordine recensuit Lud. Schrad.
 17. F. p. 7. c. 2. n. 36. 37. & 38. (c) ita rectè docet Sonsb. d. p. n. 62. (d) Qui-
 nam autem ex liberis legitime natis specialiter à Feudi successionem repellantur,
 explicatur in seqq. thes. 9. 10. 11. 12. & c.

VI.

In feudum ergò succedere non possunt liberi adoptiui, (a) item naturales. (b)

a) & si enim iure communi parentibus succedant liberi, non tantum legi-
 time nati, sed & adoptiui, §. sed hodiè inst. de adopt. §. 1. vers. nec interest.
 inst. de her. ab intest. l. 10. C. de adopt. Quamuis item adoptio ius familiae siue
 adgnationis tribuat, l. qui ex liberis. 11. §. ex testamento ff. de bon. poss. contra
 tab. cuius respectu feuda, quia familiaria sunt siue gentilitia, ad adgnatos
 tantum, non etiam cognatos transeunt. t. 11. t. 50. 2. F. iure tamen feudali,
 legitime tantum nati, non etiam adoptiui liberi parentibus succedunt, t. 26.
 §. adoptiuos 2. F. Nisi diuersum vel inuestitura pacto actum sit, vel loci statuto
 & consuetudine introductum fuerit, vt scilicet adoptiuus etiam in feudum
 succedat, Aluar. ad d. §. adoptiuos. & ad d. t. 8. in pr. 1. F. vel Principis au-
 thoritate

CLASSIS QUARTÆ

thoritate, consentiente feudi domino, eâ lege quis arrogatus fuerit, ut nullis extantibus adgnatis arrogatoris, in feudum eidem succedat, ita scribit Bald. ad d. §. adoptiuos per l. quod Principis. 23. ff. de aq. & aq. plu. arc. Fr. Schenck. ibid. per l. 2. & l. rescripta. 7. C. de precib. imp. offer. (b) Quamuis deficiant alij legitimi liberi, d. t. 26. §. naturales 2. F. quo casu duas vncias ex bonis patris ius commune liberis naturalibus tribuit, Nou. 18. c. 5. & Nou. 89. c. 12.

VII.

Sed quæstionis est, quod de naturalibus cauetur, an idem exaudi debeat de liberis naturalibus legitimatis? Et quamuis non desint ex Interpretibus, qui idem de legitimatis indistinctè statuendum esse iudicent; nos tamen communi Dd. calculo receptam, & Cæmeræ Imperialis insuper præiudicio adprobatam opinionem, de liberis naturalibus per subsequens matrimonium legitimatis (ut illi scilicet æquè ac legitime nati in feudum succedant) amplecti non dubitamus.

a) Fr. Sonsbec. de feud. part. 9. num. 75. Hotom. ad d. t. 26. §. naturales, 2. F. quam eandem sententiam veritati theoricæ magis consentaneam esse putat D. Vult. lib. 1. de F. cap. 9. num. 94. per text. d. t. 26. §. naturales. 2. F. vbi IC. generaliter scribit, filij naturales, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli nec cum alijs admittuntur; Per rationes item seqq. I. Quod nulla sua ordinatione, & consequenter neque legitimatione parens efficere possit, ut in feudum aliquis succedat, tit. 8. in princ. 1. F. II. Quod feudalis successio inter adgnatos tantum ex primo acquirente descendentes locum habeat, t. 11. & t. 50. 2. F. Duar. de feud. cap. 11. num. 3. cuiusmodi plenum ius adgnationis legitimatio non tribuit, Nou. 89. cap. 4. Quod III. adoptiuus, qui iure communi legitime natis equiparatur, & equaliter cum illis succedit, ad feudi tamen successionem non admittatur, §. sui autem vers. nec interest, iuncto §. seq. inst. de her. quæ ab intest. d. §. naturales. t. 26. 2. F. sed isti dextra qui 1. F. nominatim & expresse vocantur, quod de legitimatis in tantum non reperitur, ut à successione feudali expresse potius excludantur d. tit. 26. d. §. Quod IV. in feudis liberi succedant non patriæ potestatis, quæ per legitimationem constituitur, sed legitime natiuitatis iure, t. 8. in prin. t. F. l. 11. in prin. & tit. 50. in prin. 2. F. Quia V. si legitimati etiam in feudis succederent, maximum hac ratione fieret præiudicium domino simul & adgnatis feudi successoribus, dum & admittere teneretur dominus Vasallum natalium macula oneratum, & minori honore atque existimatione à grauib. viris haberi solisum, (ut poss.

post. Bald. ad l. 4. in prin. ff. de Lib. & Post. scribit D. Myns. C. 4. obs. 37. quo loci legitimationem assimilat Alchimia, quæ facit apparere quod non est, & legitimum comparat homini medicato à morbo, in quo semper aliqua morbi pristini vestigia remanent) & speratus insuper feudi redditus domino, ut & adgnatis optata succedendi spes adimeretur, contra iuris communis dispositionem, in l. nec auus. 4. C. de emancip. l. 2. l. 7. C. de precib. Imp. offer. & iuris F. prouisionem. in tit. 39. in prin. 2. F. Quòd insuper & VI. in locum nepotis adoptare nequit pater, nisi consentiente filio. §. sed si quis inst de adopt. l. si is. 11. ff. eod. ne scilicet heredem habere cogatur inuitus, l. nam ita 39. ff. d. tit. vnde consequenter & pari ratione neque filium legitimare Vasallus possit, dissentientibus adgnatis, ad hoc, ut in feudum iste succedat, quippè quòd magis hac ratione præiudicaret Vasallus adgnatis, ad quos feudalia bona ex domini concedentis & primò adquirentis iudicio pertinent, quàm pater filio, ad quem bona viuentis adhuc patris non pertinent; & quoniam denique bona feudalia necessaria restitutioni sunt subiecta. argumen. tit. 3. §. sed & res. vers. ut ecce. tit. 26. §. Titius, & tit. 39. in princ. 2. F. & scribit post. Ifern. Camer. in Repet. cap. Imperialem de prohib. F. alien. per Frid. ad §. præterea Ducatus, par. 769. Quæ ad alium quocunque alienationis titulo transferri non possunt, l. ult. §. sed quia. iunct. Auth. res quæ subiacent restitutioni. C. Communia. de Leg. & Fideicommiss. (b) liberos enim naturales per subsq. matrimonium legitimatos, siue soli sint siue cum legitime natis concurrant, in feudis succedere scribit post alios quos refert, Clar. in §. feudum. q. 82. num. 4. Myns. C. 5. obseru. 42. Borch. cap. 7. num. 48. H. Pist. li. 2. q. 41. num. 1. Schrad. de feud. part. 7. cap. 5. num. 21. Rosenth. in synopsis. 1. F. cap. 7. concl. 34. sub. lit. F. Curt. Iun. de feud. part. 3. memb. 1. num. 41. part. 288. Zaf. in Epit. F. part. 8. circa fin. Fr. Schenck. add. tit. 26. §. naturales. 2. F. And. Gail. lib. 2. obseru. 141. num. 2. Vvesemb. de feud. c. 6. num. 9. (c) Myns. C. 5. obs. 52. Idem in Consistorio Ducum Saxonie teneri, scribit Schneidvv. part. 6. num. 13. & H. Pist. d. lib. 2. q. 41. num. 35. eamq. quotidie ita practisari, & sententijs confirmari testatur, Schurff. C. 1. cons. 1. num. 16. ut proinde merito in dubia huius questionis resolutione inspiciatur, quo iure ciuitas retrò in eiusmodi casibus vsa fuerit, cum optima LL. interpres consuetudo sit, l. 37. ff. de LL. (d) Cùm enim hic casus placitis F. non sit comprehensus, ex iure communi erit decidendus, text. int. 1. in fin. pr. 2. F. idq. eò magis, quod conditores iuris feudalis cognitionem habuerint, quid de eo LL. Rom. cautum fuerit, ut patet ex t. 1. 2. F. nec tamen ullibi expresse & nominatim contrarium disposuerint, cum igitur ius commune

per

CLASSIS QUARTÆ

per omnia & in omnibus equiparet legitimè natis, liberos naturales per subsequens matrimonium legitimatos, quæcumq; de illis cautâ reperiuntur, eadem etiam de his intelligi & disposita censerî debent, c. tanta. extra qui filij sint legit. Nou. 12. in fin. facit huc & illud, quia ius Can. (quod post F. iura prodijr, vt patet ex lib. 3. Decret. tit. de feud.) huiusmodi liberis æquè vt legitimè natis successionem deferat, tam in rebus feud alibus quàm proprijs siue allodialibus, d. c. tanta est vis. extra. d. t. & in simili admittit in Episcopum per subsequens matrimonium legitimatum, c. innotuit. extra. d. t. etsi regulariter necessum sit, vt eligatur Episcopus, qui legitimè fuerit natus. c. in cunctis. extra. d. t. Adhac, interpretatio ista cum minimùm iniquitatis habeat, indubio erit amplectenda, arg. l. quoties. 200. de R. I. l. placuit. C. de iudic. l. semper. 56. de R. I. l. 18. & 19. ff. de LL. Idq; eò magis, quòd liberi per subseq. matrim. legitimati, simpliciter in iure nostro dicuntur legitimi, c. i. c. tanta. & t. t. ext. qui filij sint legit. qui non minùs quàm legitimè nati ius adgnationis plenum habeant, Nou. 12. circa fin. & ibid. Cuiac. Dec. conf. 155. vnde quòd de vno comparatorum (liberis scilicet legitimè natis) cauetur, vt scilicet in feudum succedant, idem etiam de altero (liberis scilicet per subsequens matrimonium legitimatis) dispositum esse intelligatur. c. cum dilectus. c. ad audientiam, extra. de cler. non. resid. in Ecclesia, & quia deniq; statutum loquens de legitimè natis, comprehendit etiam per subseq. matrim. legitimatos, per not. And. de Butr. ad c. per venerabilem. col. 18. vers. quòd si dixerint extra. qui filij sint legit. c. innotuit, vbi Io. de Imol. extra. de elect. Abbas in c. tanta. 3. notab. extra. qui filij sint legit. Crot. ad l. gallus. 29. S. & quid si, n. 169. ff. de Lib. & post. Paul. de Castr. in l. si ita quis. 51. S. vlt. de Leg. 2. Paris. conf. 13. n. 40. vol. 2.

VIII.

Legitimatos autem per Rescriptum Papæ vel principis, in feudum nunquam succedere, nisi consentiente domino, consentientibus item adgnatis vasalli, legitimatio isthæc facta fuerit, indubitanter asserimus, vt & legitimatos per oblationem curiæ, indistinctè ab omni feudi successione remouendos esse censemus. (b)

a) Iure .n. communi Princeps vel Pap. Rom. libertum dissentiente istius patrono, & patroni liberis, natalibus restituere, & per illam natalium restitutionem ius succedendi in bonis liberti, inuito patrono adimere nequit, l. 2. vers. nec patronus. & vers. seq. l. 4. & vlt. ff. de nat. restit. Neq; igitur ius succedendi in feudum, legitimatione per Res. Principis, inuito domino, inuitis item adgnatis auferri poterit, præterquam enim quòd argumentum à liberto ad Vasallum probabile est, frequens & vtile in iure nostro, vt tradis Euerb. in Topic.

Topic. loco à libert. ad Vasall. potius ius habent adgnati, in bonis feudalibus defuncti Vasalli, quam habet patronus eiusq; liberi, in bonis liberti, Siquidem illis pacto primi acquirentis succedendi ius ita quæsitum sit, vt feudum successione retinere magis quam acquirere dicantur, t. 36. §. quidam. 2. F. t. 5. in pr. 1. F. adeò, vt ne testamento quidem Vasalli id ei adimi possit, t. 8. in pr. 1. F. iuncto t. 3. §. sed etiam t. 26. §. Titius filios t. 39. in pr. t. 45. 2. F. Cum tamen libertus patrono per testamentariam dispositionem in successionis iure præiudicare quodammodo possit, §. sed nostra. vers. si verò. inst. de success. libert. & hanc de liberis naturalibus, per rescriptum legitimatis negatam sententiam, amplectuntur Dd. communiter, testibus Myns. d. obs. 42. n. 5. C. 5. Hart. Pist. lib. 2. q. 40. Gail. lib. 2. obs. 140. n. vlt. & obs. 142. n. 12. Non desunt tamen ex Dd. qui affirmatiuam benigniorem & veriore esse dicunt. Vasq. de success. Prog. lib. 1. §. 2. num. 52. Soc. cons. 3. lib. 3. Iac. de Ardig. de F. c. 137. huius potiss. rationibus: quòd per rescriptum legitimati patri succedant de i. communi in allodio, ergò & in feudo, cum contrarium nominatim nullibi reperiat esse dispositum; Quòd 2. ijdem nihil differant à legitimè natis, Nou. 74. cap. 2. Nou. 89. cap. 9. in fin. aut per subs. matrim. legitimatis, Bart. ad l. ex factio. 17. ff. ad Senatusconsultum Trebell. Tiraq. ad l. si vnquam in verbis damnationem largitus, n. 290. C. de Reu. donat. sed plenum ius adgnationis habeant, (quod in feudi successione spectari solet, t. 11. t. 50. 2. F.) Speculat. lib. 4. tit. de success. ab intest. num. 21. ibid. 10. Andr. Molin. ad cons. Paris. tit. 1. §. 8. Gl. 1. num. 42. Borch. de F. cap. 7. pag. 2. num. 25. & per omnia equiparentur illis, qui natalibus & ingenuitati restituti sunt, d. Nou. 74. cap. 1. & Nou. 89. cap. 9. quos omni casu succedere constat ex tit. 3. & vlt. ff. de natal. restit. Quin etiam si primogenitus fuerit, præferatur legitimè nato, secundò genito in bonis Maioratus, vt multis ad hoc citatis authoritatibus probat Vasq. de success. d. lib. 1. §. 2. num. 51. & 89. Quia deniq; domino feudi & adgnatis præiudicetur per hanc legitimationem, non princip. sed per consequentiam tantùm, cum ad eos succedendi ius pertineat solùm in spe, vnde etiam facilius illud ipsis auferri poterit, l. fin. C. de adq. poss. l. quid autem, 6. in pr. ff. q. in fraud. credit. l. si sponsus. §. si maritus. ff. de don. int. vir. & vx. l. 1. in pr. ff. de auth. tut. l. 5. ff. de cond. & dem. per Principem cum primis. Bart. Bald. Cast. Alex. & alij ad l. Gall. 29. §. & quid. ff. de Lib. et Post. Soc. cons. 10. lib. 1. cons. Feud. Alb. Brun. n. 26. (b) Siue is post delatam feudi successionem, i. post mortem patris Vasalli seipsum Curia obtulerit, d. t. 26. 2. F. siue pater superstes eum per oblationem Curia legitimum effecerit, neque enim adgnationis ius consequitur, quod in feudi successione spectatur, Nou. 89. cap. 4. Neque

PP

propter

CLASSIS QUARTÆ.

propter plurima, eaque maxima curiæ munera, quibus obnoxius est, publicorum vectigalium aliarumque rerum alienarum quarumlibet conductionem & procuracionem suscipere, l. 2. §. 1. de administ. rer. ad ciu. pers. l. spurij. 6. §. Decurio. ff. de Decur. l. curialis. 30. C. Locat. multò minùs autem militia munus affectare, & necessitatis tempore feudum seruire potest, l. ne quis 38. l. 51. l. si quis 55. C. de decur. lib. 10. t. 36. §. quidam tamen. 2. F.

IX.

Ex liberis autem legitimè natis in feudis expressè prohibetur succedere. I. filius clericus, (a) quamuis sit Cardinalis, vel Episcopus, (b) aut primæ tonsuræ clericus, id est, intra probationis annos adhuc constitutus; Nisi feudum illud tale fuerit, pro quo Vasallus non personalia, sed realia præstare tenetur seruitia, aut personalia quidem, sed per substitutum, vel etiam feudum francum, id est, à seruitijs planè liberum sit, vel denique inuestituræ pacto specialiter hoc prouisum fuerit, quibus casibus omnibus clericum etiam ad feudi successio- nem admitti dicimus (c).

a) text. express. in tit. 21. t. 26. §. qui clericus. tit. 30. §. ex hoc. & t. 36. 2. F. tit. 109. in extraord. 66. Quibus omnibus cauetur, vt clerici non tantùm in feudum succedere non possint, sed etiam, vt Vasalli, qui clerici efficiuntur, feudum quod antè adquisierunt, hoc ipso perdant, seruitia quippe militaria domino præstare nequeunt, t. 36. 2. F. eod. cum sint milites Christi, & officij sui ratione inhabiles, & minus idonei ad bella gerenda, & officia militaria exsequenda, cap. si quis. 36. dist. Can. 1. Can. conueniunt a. Can. si quis & Can. si vobis 23. quest. 8. iuncta l. 31. ff. Locat. & d. t. 31. 2. F. vnde sacrarum rerum tractationi ad eò iugiter inherere iubentur, vt ne in secularibus negocijs aduocati aut procuratores esse, vel pro laico fideiubere possint, c. 1. & t. t. extr. de postul. prel. c. 1. extr. de fideiuss. Probat idem, quòd clericus in feudis comparatur muto, surdo, scemina, alijsq; imperfectis, qui à feudi successione penitus excluduntur, tit. 36. 2. F. iuncto tit. 6. §. pen. & vlt. 1. F. Atque hæc conclusio non tantùm ab interpretibus communiter recepta est, quos longa serie refert & sequitur Curt. lun. tr. F. p. 3. memb. 2. num. 16. Hart. Pist. li. 2. quest. 33. num. 3. D. Vult. lib. 1. de F. c. 9. sed etiam suffragijs dominorum Assessorum Cam. Imp. adprobata, teste Mynsing. C. 5. obseru. 48. num 8. vt ne quidem clericus feudi capax fiat, & si mortis Vasalli, atque ita delati feudi tempore clericus esse desinat, cucullum abijciat, & vitam religiosam deserat, text. express. in tit. 30. §. ex hoc. 2. F. Quamuis idem in feudum succedat, si ante delatam successione religionis habitum legitimè deponat, arg. tit. 106.

in extraord. cc. l. eum qui 104. de cond. & dem. l. 7. de Leg. 3. l. 49. §. 1. de her. inst. Iac. de Ardiz. in Ep. F. c. 79. And de Ifern. Marb. de Afflict. & Horom. ad t. 30. 2. F. Schenck. ad t. 21. eod. Sonsb. ad vs. F. p. 12. n. 140. Diff. Gl. & Dd. quos refert Curt. lun. de feud. d. p. 3. memb. 2. n. 22. & Vult. d. prius loco per text. t. 40. §. vlt. 2. F. & c. ex transmissa, extra de For. compet. quibus locis etiam clericus feudum possidere dicitur, sed vide Io. Borch. ad vs. F. c. 7. p. 2. n. 62. (b) Quia clericorum appellatione continentur text. in t. 40. §. item si clericus. 2. F. & quod neq. hi in feudis succedant, sentit. Ruin. cons. 42. num. 9. Menoch. cons. 181. num. 74. & cons. 202. n. 31. Rosenthal. in Synop. cap. 7. conclus. 73. in fin. & D. Vult. d. cap. 9. n. 79. quamvis contrarium communiter teneri scribat Clar. lib. 4. sent. §. feudum. q. 68. num. 5. vers. ceterum. (c) per regulam generalem tit. 26. §. qui clericus. t. 21. & t. 30. 2. F. à quâ generali regulâ cum nullibi primâ tonsura clericus sit exceptus, ei inherendum est, Dd. ad l. 1. ff. de R. l. Men. cons. 88. n. 51. & cons. 98. n. 13. lib. 1. Atq. hanc negatam opinionem post Grauet. cons. 303. n. 8. & 9. Rol. à Vall. cons. 23. n. 23. vol. 1. probat Menoch. de Arbitr. lud. q. cas. 131. num. 11. & Hart. Pist. lib. quest. 33. num. 17. Quamvis affirmatiuam post alios amplectatur, Fr. Curt. de F. part. 3. memb. 2. num. 25. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. q. 78. in fin. Sonsb. ad vs. F. part. 12. num. 115. eandemque communem esse scribat Kirchoff. C. 2. commun. opin. concl. 36. (b) Suffragatur Curt. d. part. 3. memb. 2. n. 25. H. Pist. d. q. 33. n. 23. & D. Vult. d. lib. 1. c. 9. n. 67.

X.

Quod autem de clericis ita constitutum est, vt regulariter à feudi successione repellantur, id ad Sacri Ordinis equites minimè extendi debere, sed illos, si non obstantibus Ordinis LL. & conditionibus, domino feudi præstare possint, quæ fidelitatis iuramentum à vasallo exigat, in feudis succedere concludimus.

In tantum enim hi equites arma bellica non deposuerunt, vt etiam ijs magis addicti sint, quàm nobiles laici, vt proinde generalis textus de Religiosis & clericis in d. tit. 21. & tit. 26. §. qui clericus. & tit. 30. in fin. 2. F. hoc casu restringi magis, quàm ampliari debeat, cum enim clerici idèd in feudum non succedant, quia feudum seruire & officium Vasalli gerere nequeunt, tit. 21. in fin. tit. 36. §. quidam tamen. 2. F. meritò cessante hac ratione, cessare quoque debet ipsa iuris dispositio, l. quod dictum. 32. ff. de pact. cap. cum cessante extra de appellat. Euerb. in Topic. loco à cessatione rationis, & Tiraq. tr. cessante causa. Hanc eandem distinctionem relatis vtriusque se- & patronis probat, H. Pist. lib. 2. q. 33. num. 22. & D. Vult. lib. 1. c. 9. n. 67.

Ad feudorum porrò successionem aspirare prohibetur. I I. filius legitimè natus, si sit mutus, surdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, id quæ à naturâ, (a) non etiam si talis sit factus casu & ex accidenti, quem in feudis succedere indistinctè asserimus, (b) siue nouum fuerit feudum, siue vetus & paternum, (c) siue etiam laboret vitio sanabili, siue perpetuo & tali, quod medicorum ope & arte remoueri nequit, (d) modò per substitutum seruiat, aut vicarij quærendi causâ domino partem de fructibus feudi præbeat. (e)

a) Hac distinctio fundatur in tit. 36. 2. F. vbi Ic. (relatâ prius communi opinione, imperfectos indistinctè scilicet in feudum succedere) præd. distinctionem subiicit, vt eandem probasse simul præsumptio sit, tum quia illam dist. quoad imperfectum à naturâ, ibidem loci Ic. F. concludenti ratione probat, cur is in feudum non succedat, quia scilicet feudum seruire nequeat, & insuper exemplo clerici confirmet, tum maximè, quòd eadem communis opinio simpliciter in t. 6. §. mutus. 1. F. proposita reperitur, & ibid. de muto, qui nullo modo loquitur, (id est, qui naturâ talis est, siquidem naturalia sint immutabilia. S. sed naturalia. Inst. de iur. nat. gent. & ciu. §. vlt. inst. d. leg. adg. success.) asseritur quòd feudum retinere non possit: Ratio verò diuersitatis hac esse videtur, quòd in natura imperfecto ab initio, & primo ortus tempore habitas seruiendi feudum defuit, casu autem imperfectus à natiuitate sua idoneus potentiâ fuit, qui seruiret feudum, proindeque ab initio statim feudi capax fuit, & ex habitate illa primariâ, ius succedendi adquisiuit, quòd ei, & si postea imperfectus, & per incidentem calamitatem ad militiam factus sit ineptus, auferri non debet, si maximè in prælio debilitatus sit, vel ob diuturnos militiae labores tali aliquo vitio laborare cœperit. Sic in simili, si mater libera concipiat, & ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci, ne matris calamitas noceat ei, qui in vtero est, S. sufficit autem inst. de ingen. Ita de furioso, qui rem alienam vsucapere nequit, l. si seruus. 28. ff. de vsurp. & vsucap. si is postquam iam vsucapere cœpit, in furorem inciderit, vtilitate suadente constitutum est, ne languor animi etiam in bonis illi damnum asserat, l. 4. §. furiosus. l. 44. §. eum qui. ff. d. r. sic minor deniqz, licet per etatem feudum seruire non valeat, si tamen sano & corpore & animo sit natus, feudum, in quòd succedendi ius natiuitate suâ adquisiuit, retinet, tit. 26. §. si minori. & §. seq. 2. F. aded, vt nil quidquam vel dominus vel Vasallus in eo præiudicare ipsi possit. tit. 8.

§. in pr. 1. F. t. 39. in pr. 2. F. Quamuis enim cesset causa, non tamen aequè ces-
 sat effectus, in iure prius quasito l. 10. D. de bon. poss. contr. tab. l. cum uxori.
 4. D. Quando dies leg. ced. c. ab eo. & c. 4. de elect. in 6. Tiraq. d. t. cessante causa
 lim. 11. num. 1. Sed habetur in hoc effectus inchoatus pro perfecto, arg. l. & si
 non sint. §. infecti. D. de aur. & arg. leg. Bart. ad l. 41. §. sed si parauerit. D. de
 Leg. 1. Tiraq. d. t. lim. 12. num. 19. Huiusmodi tamen Imperfectus à natura in
 feudum succedit eo casu, quo nullum ex feudo præstandum est personale serui-
 rium, sed annuatim tantum aliquid inde domino soluendum, Fr. Schenck. d.
 loco. H. Pist. d. qua. 32. num. 14. Schrad. tr. F. p. 7. c. 5. num. 37. vbi plures limi-
 tationes proponit; vt & eidem ex feudo, si magnum illud fuerit, tantum re-
 linqui debet, vnde sustentare se possit, d. t. 6. d. §. mutus. & ibid. Bar. Hotom.
 & alij. 1. F. (b) Nusquam enim à feudi successionem repellitur, sed expresse
 potius, ad eam vocatur & admittitur, in d. t. 36. in pr. 2. F. dummodò culpà
 proprià talis factus non sit. Quo casu in feudum non succedit, Bl. Aluar. & alij
 ad d. t. 36. 2. F. Sed obstare videntur verba ibid. adiecta: Feudum retinebit,
 vnde contra quidam argumentantur, Licet huiusmodi imperfectus feudum
 ante contractum imperfectionis vitium acquisitum retineat, in feudum ta-
 men postea delatum non succedit; vt & illud non parum refragari videtur, quòd
 clericus qui naturà & natiuitatis tempore ius succedendi in feudum ha-
 buit, si post religionis habitum assumat, in feudum tamen non succedat.
 (c) par enim & eadem est vbiq; ratio, tam in nouo quàm veteri feudo, vt
 hinc etiam idem ius statui necessum sit, l. 32. D. ad L. Aquil. l. a. Titio. 108.
 vers. nam cum conditio. D. de verb. oblig. Diss. communiter Interpretes per text.
 t. 36. vbi fit mentio feudi tantum paterni, & t. 6. §. mutus. 1. F. quem de nouo
 feudo aequè communiter intelligunt, vt tradit H. Pist. d. lib. 2. que. 32. num. 3.
 & 37. Rosenth. in synops. F. c. 7. concl. 69. (d) tum quia nemo absq; suà
 culpà feudo priuari debet, t. 21. 1. F. tum quòd text. d. t. 36. in pr. 2. F. genera-
 liter loquitur de Imperfectis ex accidenti, & indistinctè, siue illi sanitati re-
 stitui possint, siue brachium, pedem, vel oculum amiserint, cuiusmodi membra
 medicorum arte reparari nequeunt, & deniq; quòd in omnibus eadem sit ratio,
 ne illis scilicet ius succedendi, ex pacto primi adquirentis quasitum, aufera-
 tur inuitis; Ita communiter etiam tradunt Interpretes ad d. t. 36. 2. F. & t. 6.
 §. mutus. 1. F. Quos refert & sequitur Schrad. tr. t. F. p. 7. cap. 5. num. 32. Ro-
 senth. in synops. cap. 7. concl. 68. (e) per text. t. 55. §. similiter etiam, 2. F.
 Idemq; sentire videtur Gl. ad t. 36. in verbo non valet. lib. eod. & ibid. lac. de
 Belusf. H. Pist. d. qua. 32. num. 34.

XII.

Vt ex liberis legitimè natis in feudū succedere prohibetur clericus, & naturā imperfectus, sic etiam & III. filius natus ex alterā vxore cum quā matrimonium hāc lege contractum est, ne filij ex eā nati in feudis succederent, à feudi paterni successione remouetur, (a) existentibus scilicet filijs ex priori thoro Vasalli. (b)

(a) t. 26. § filij nati. 2. F. Quo loco legendum (in feudo non succedunt) vt arguitur tum subiecta ibid. ratio, tum text. t. 29. 2. F. eandemq. lectionem probant Baro. Cuiac. Hotom. & alij: Sed obst. quòd nullā ordinatione suā pater vni liberorum feudum adimere, & alteri addicere possit t. int. 8. 1. F. (b) Huiusmodi enim pactum cum contra ius publicum & naturalem equitatem feudorum placitis specialiter sit receptum l. vlt. D. de suis & legit. Nou. 77. de nupt. c. 48. ex ratione, ne sc. iniuria fieret prioris matrimonij liberis, per patris ad secundas nuptias transitum, d. t. 29. strictè id accipi, & cessante illius ratione, sublatoq. impedimento, cessare debet c. cum cessante. extr. de appellat. gl. Cuiac. & Hotom. ad d. t. 29. lib. 2. F.

XIII.

Denique ex liberis legitimè natis à feudi successione excluditur fœmina, (a) quamuis armis assueta & militiæ dedita sit, (b) vel feudum generaliter primo adquirenti, & hæredibus illius concessum, (c) vel francum, id est, à seruitijs liberum fuerit, (d) quamuis item seruitium ex feudo debitum non minùs decenter fœmina quam masculus præstare possit, (e) & denique licet feudum emptum (f) vel ligium (g) sit; & prohibetur in feudum succedere non ipsa solum modò fœmina, sed & omnes illius liberi masculi. (h)

(a) textus express. int. 1. §. hoc autem, & t. 8. §. filia verò. 1. F. t. 11. §. 1. vers. ad filias verò. & t. 50. 2. F. tum quòd ab omnibus ciuilibus officijs remota sit, l. 2. de R. I. neq. militare munus obire, & dominum armis in pugna iuuare possit, Bald. in l. vlt. n. 1. & 7. C. de suis & legit. Alex. conf. 10. num. 2. vers. sed præmissis. vol. 5. Rol. à Vall. conf. 41. num. 11. vol. 4. Quòd pertinet quòd Homer. scribit. lib. 6. Iliad. Telum & colum & lanam proprium esse mulierum, bella virorum. Et illud Ouidij lib. 12. Metamph. Columq. i. cape, cum calathis, & stamina pollice torque, Bella relinque viris; Tum etiam quòd honestatis ratione virorum caribus, maximè si illustris fuerit, immiscere se non possit. l. si qua illustris. D. ad Sc. orfic. Et ob sexus fragilitatem (ob quam multis casibus supposita l. 2. §. fœmina, D. ad Sc. vell. adeò vt voti lubricitate ter mu-

retur in hora, & naturali sua futilitate, secreta Domini, sibi commissa, retinere non valet) ea prestare nequeat, quae fidelitatis forma, F. Iure praescripta, à Vasallo exigit; Ita docent Dd. relati à D. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. num. 26. & Curt. Iun. de F. p. 3. membr. 1. num. 1. Sonsbecc. ad vs. F. pr. 9. num. 120. tunc denique quod ob praememoratas iam rationes domini concedentis (à qua omnis dependet feudi successio,) hac presumpta voluntas fuerit, ut scilicet soli masculi in feudum succederent; de quib. vide Hier. Garzon. li. de foem. ad feud. recip. num. 9. (b) Ita praeter And. de Ifern. ad t. 8. §. hoc quoque. 1. F. Interpretes communiter sentiunt, quos refert H. Pist. lib. 2. qua. 34. num. 23. (c) Heredis enim appellatione F. Iure significatur tantum masculi, non foemina, t. 13. §. & si clientulus. t. 18. & t. 34. §. similiter. 1. F. Facit huc, quod d. regula, per quam à feudi successione foemina excluditur haec duae tantum exceptiones proponuntur, Nisi feudum eo pacto datum sit ut & foemina in eodem succederet, vel foemineum, id est, à foemina primitus acquisitum fuerit, t. 8. §. filia verò. 1. F. t. 11. §. ad filias. & t. 50. in pr. 2. F. In tantum autem foemina excluditur, ut neque illo casu admittatur, quo feudum alicui & quibuscumque eius heredibus fuit concessum, Siquidem dictio, quibuscumque, restringenda sit iuxta materiam subiectam. l. ult. & ibi. gl. C. Sine cens. vel reliq. & c. l. 1. §. unusquisque. C. de SS. EE. l. 1. ibi. quibuscumque, ubi gl. C. de Fid. Instrument. c. 1. §. ult. de Iureiur. in 6. Quamvis contraria & affirmatiua opinio longo vsu & communi Dd. applausu recepta, eoque in praxi seruanda sit, ut tradit Schrad. de feud. p. 7. c. 13. num. 1. & H. Pist. lib. 2. quest. 1. num. 39. Vult. de feud. c. 9. num. 29. Mol. in addit. ad Alex. cons. 30. num. 11. (d) Quia praedicta generali regula, per quam in feudis succedere prohibentur foemina, inherendum est, donec illius, etiam hoc in casu, probetur exceptio, Dd. in d. l. 1. D. de R. I. cum maxime unus vel alterius casus exceptio, sit reliquorum omnium casuum inclusio, l. quaesitum. 12. §. idem. Resp. D. de fund. Instr. leg. l. 12. in pr. D. de Iudic. l. 4. §. fin. D. de pen. leg. Et denique quamvis feudum Francum in eo, quod à seruitijs liberum est, communem feudi naturam deposuerit, eandem tamen in ceteris retinuisse putandum est, t. 48. & t. 26. §. pen. 2. F. Curt. Iun. tr. F. p. 1. qua. 6. Zaf. de feud. p. 12. num. 3. Sonsbecc. ad vs. F. p. 4. num. 6. Mol. ad cons. Paris. t. 1. §. 30. num. 100. in fin. neque enim feudum à seruitijs liberum, statim etiam ab alijs oneribus, Vasallo ex fidelitatis forma incumbens, consequenter & aequè sit liberum, t. 5. & 7. 2. F. Laud. ad t. 1. §. quia vidimus. num. 29. 1. F. Iac. de S. Georg. tr. F. in verb. & foeminis. num. 5. p. 50. Duar. de feud. c. 10. num. 7. Curt. Iun. p. 3. num. 5. Schrad. p. 7.

c. 4. num. 11. Borch. c. 7. num. 8. Rosenth. in synopsis. c. 7. concl. 87. Dis. tamen & affirmatiuam defendunt H. Pist. lib. 2. que. 34. num. 29. & 33. & D. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. num. 41. p. 408. per text. t. 104. in extraord. cc. vbi expresse foemina ad feudi successionem admittitur, cum id sic datum est, vt nullum pro eo seruitium fieret; Quodq; cessante potissimâ prohibitionis ratione, qualis in feudis est seruitium manuarium & militare, t. 36. in fin. 2. F. ipsa quoq; cessare debeat prohibitio, arg. c. quoniam. §. porro. & §. si autem. extr. vt. lit. non contest. (e) Ita tradunt And. de Ifern. ad t. 23. 2. F. Curt. Iun. tr. F. p. 3. num. 12. Zas. p. 8. num. 49. Duar. c. 10. num. 7. Borch. c. 7. num. 68. Sonsbecc. p. 4. num. 32. & p. 9. num. 121. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. que. 37. num. 8. Schrad. d. p. 7. c. 4. num. 10. veluti si annuus domino census ex tali feudo sit soluendus, Borch. d. c. 7. num. 71. & Rosenth. d. c. 7. concl. 100. Plerosq; tamen ab hac sententiâ dissentire scribit H. Pist. d. lib. 2. que. 34. num. 37. & vult. lib. 1. de F. c. 9. num. 49. per text. t. 104. in extr. cc. (f) Mynsing. C. 5. obseru. 73. & H. Pist. lib. 2. q. 34. num. 8. Vult. c. 9. num. 44. Sonsb. p. 9. num. 121. siquidem sit feudum proprium, in quod generaliter foemina succedere prohibetur, duobus saltem casibus exceptis. (g) Borch. de feud. c. 7. num. 70. Schrad. tr. F. p. 7. c. 4. num. 9. (h) textus expressus in t. 1. §. hoc autem notandum. 1. F. & tit. 11. §. ad filias. 2. F. cuius Iuris Interpretes has adferunt rationes, Quod sc. infectâ radice, infectum etiam sit omne quod ab eâ descendit, arg. l. 3. c. de bon. mat. l. 1. §. huius rei. D. de offic. eius cui, & c. l. 31. de seru. rust. pred. Quod impedimentum antecessoris, obstat eiusdem etiam successoribus. l. quod ipsis. 143. de. R. I. Quod nemo plus Iuris ad alium transferre possit quam ipse habuit, l. 54. & l. nemo. 120. D. d. t. Quod item surrogatum naturam sapiat eius, in cuius locum surrogatum est, Dd. in l. si eum. §. qui luitiarum. D. Si quis caut. & in §. fuerat. Inst. de act. Et successiones non per saltum fiant, sed ordine Iuris seruato, per t. 1. §. prius. D. de success. Edict. l. pen. D. vnde cognati. Quod deniq; destructo antecedente destruat etiam consequens, Euerh. in Topic. loco ad destr. anteced. & c.

XIII.

Etsi verò regulariter (vt iam dictum est) foemina in feudis succedere prohibeatur, si tamen specialiter in primâ concessione siue Inuestiturâ dictum sit, vt feudū ad filias quoq; pertineat, (a) vel feudum foemineum, id est, à foemina primitus adquisitum fuerit, foemina quoque ad illius feudi successionem admittitur.

(a) text. in t. 1. §. hoc autem notandum. & t. 8. §. filia. 1. F. t. 11. §. ad filias. & t. 50. in pr. 2. F. Quo casu si verba Inuestituræ generaliter fuerint concepta, veluti vt etiam foemina succedant, ad feudi successionem admittuntur non modò

modo filia Vasalli, sed eiusdem etiam neptes cæteriꝫ, fœminei sexus liberi, t. 17.
 2. F. Et e contra, si specialiter & nominatim in certam directam sint personam,
 veluti si dictum sit, Vasalli filia MARGARETA Vel TVLLIA in feudum suc-
 cedat, illa tantum admittitur, & pactum hoc, tanquam personale, ad filias
 Vasalli alias, aut neptes, minimè extenditur, per text. l. 25. §. 1. & l. si vnus. 27.
 §. ante omnia. D. de Pact. l. quia tale. D. Sol. matr. & scribit H. Pist. d. lib. 2.
 quaest. 34. n. vlt. text. express. in t. 11. §. ad filias. vers. proles iuncto l. 50. t. 30. 2. F.
 Quo loci Ic. 1. regulam proponit, quâ docet, quod sexus fœminei proles, in feu-
 dum non succedat, deinde reg. illius duos subiicit casus exceptos, his verbis,
 nisi eius conditionis sit feudum, (id est, nisi sit fœmineum) vel eo pacto ad-
 quisitum, t. 8. §. filia verò. ibi, vel nisi Inuestita fuerint, sc. fœmina. 1. F. & de-
 niqꝫ per text. t. 104. §. iugales in extraord. cc. Neqꝫ hoc sine probabili ratione,
 sicut enim rem quamlibet aliam suâ metimur origine, l. qui id. 33. in pr. vers.
 causam. D. de don. l. vlt. D. Si ex nox. causa, & ad primordium tituli, poste-
 rior semper formatur euentus, l. un. vers. vlt. C. de Imp. lucrat. descript. lib. 10.
 Ita & in feudis semper ad principium & originem recurrimus, vt arguit text.
 t. 17. ibi, qui primò Inuestituram acceperit. 2. F. vt si fœmina ab initio feudum
 fuerit concessum, eo ipso censeatur eius esse natura, vt transitorium sit ad filias.
 Sed obst. videtur. t. 30. §. alij verò dicunt. 2. F. vbi contraria opinio posteriori
 loco proponitur, & argumento quodam insuper confirmatur, vnde eandem
 ibid. adprobatam esse quidam arguunt, per text. t. 8. §. hoc quoqꝫ vers. alij. iun-
 cto t. 1. §. hoc quoqꝫ sciendum. Iuncto t. 6. §. mutus. 1. F. t. 36. §. quidam. 2. F.
 Quibus locis similiter recepta opinio posteriori loco proponitur, Sed v. H. Pist.
 di. lib. 2. quaest. 34. num. 24. & Dn. Vult. lib. 1. de F. c. 9. num. 40. Refragari item
 videtur. t. 15. §. an maritus. vers. & si ipsa fœmina. 1. F. V. id. H. Pist. d. quaest. 34.
 num. 26. Item illud, Quod vt semper contrahentes ad regulas Iuris & consue-
 tudinem loci se conformare censeantur, l. 3. de Reb. credit. l. si prius. 17. §. 1. D. de
 aq. & aq. plu. arcend. Ita dominus, fœmina feudum concedens, intelligatur
 id ei tribuere, secundum dispositionem l. F. quod filias Vasalli, quia feudum ser-
 uire non possunt, à feudi successione repellit, cum hoc maximè casu, per vul-
 gatam Interpretum regulam, duo illa specialia (fœmina feudum tribuere,
 & in feudum fœmina concessum, fœminam succedere) circa idem concurrere
 non debeant, Dd. in l. 1. vbi etiam Sich. num. 4. C. de dot. promiss. & l. 1. D. Sol.
 matrim.

XV.

Ex prædictis duæ emergunt perincipites Iuris quæstiones, quæ
 hoc loco examinandæ occurrunt, Prior hæc est vtrum dictis duobus
 qq casibus,

casibus, quibus ad feudi successionem fœmina admittitur, illa simul cum masculis, si extant, succedere possit, an verò masculis demum deficientibus admitti debeat? Et donec masculus supersit ex eo, quã primus de feudo fuit inuestitus, fœminam excludi putamus, (a) nisi eo tenore inuestitura facta probetur, vt vnâ & simul cum masculis, vel sicut masculi fœminæ quoque succederent, (b) vel hoc pacto, vt cum masculis admitterentur fœminæ. (c)

(a) t. express. in t. 6. §. quinetiam. t. 8. §. filia verò. 1. F. t. 17. §. cumq̄, inter sapientes. t. 30. ibi, deficientibus filijs. 2. F. Quamuis specialiter in prima Inuestitura dictum non fuerit, vt deficientibus demum masculis filia succederent, sed simpliciter ita datum sit feudum, vt masculi & fœmina id habere possint, t. 17. 2. F. t. 6. §. quinetiam, & d. t. 8. §. filia verò. 1. F. Et si enim aliàs l. communi copulatiua dictio (ET) eos qui copulantur, equaliter coniungat, vt simul etiam admittantur, quos ita nominum & rei complexus coniunxit, l. 134. & l. sepè. 53. D. de verb. sig. l. si quis. 7. D. de vsufr. accres. l. Titia. 36. §. nil. distat. D. de R. l. l. Titio. 34. D. ad L. Aquil. §. si eadem res. Inst. de Legat. Hoc tamen casu dominus concedens, & Vasallus acquirens censentur sese conformare voluisse in ipsâ Inuestitura communi F. naturæ, quæ talis est, vt existente masculo, non succedat fœmina, arg. l. si stipulatus 4. in pr. vers. quia non est. D. de vsur. l. si prius. 17. §. 1. D. de aq. & aq. pl. arcend. l. in sulam. 6. D. de pres. verb. luncto. t. 17. vers. cumq̄, inter. 2. F. cui tacita contrahentium voluntati, meritò inherendum est, quippe quod semper pro cauto haberi debeat, quod ex Iuris presumptione cautum intelligitur. Excludit autem masculus fœminam indistinctè, siue Vasallus filium & filiam reliquerit, siue vnica Vasalli primi acquirentis filia extiterit, ex qua à filij duo nati sint, quorum vnus filium, alter filiam reliquit, siue deniq̄, Vasallus duas habens filias, ex vnâ ne potem, ex alterâ neptem reliquerit; d. t. 17. 2. F. Constitutum enim in primo gradu, repetitum esse censetur in omnibus reliquis gradibus, luncto. t. 6. §. quinetiam, & d. t. 8. §. filia. 1. F. arg. l. licet. 74. D. de Leg. 1. l. Caius. 13. de alim. & cib. leg. quam sententiam contra Somsb. in vs. F. p. 9. n. 143. latè defendit. H. Pist. lib. 2. que. 35. num. 18. (b) Quia enim pactum siue tenor Inuestiturae omni F. naturæ potior est, eiq̄ derogat, t. 2. §. vlt. t. 12. in pr. t. 18. §. vlt. t. 48. 2. F. & huiusmodi Inuestiturae sermo, vsq̄, horum verborum hunc contrahentium sensum & mentem ostendat, quod sexus discretionem in feudi successione nullam facere voluerint, quippe quod dictio (SICVT) omnimodam designet similitudinem, l. si quis. 112. §. si ita. de Leg. 1. Dec. conf. 256. n. 11. Soc. lun. conf. 115. n. 2. lib. 2. Menoch. conf. 232. n. 22. pariter & simul cum masculis fœminæ succedunt, t. 104. §. item

§. item si quis in extraord. cc. (c) Dicitio namq̄ (CVM) maiorem inducit conjunctionem, quàm dicitio (ET.) t. expressus in l. si cui. 5. D. de Instr. vel Instr. leg. l. Iulius. 81. vbi Bart. D. de condit. & demonst. eademq̄, inter personas ablatiuo iuncta idem significat quod VNA, siue SIMVL. l. 40. D. de vs. & vsufr. leg. l. si mulieri. 8. D. de vsufr. accres. l. triplici. 142. D. de verb. Sig. Vt sc. eadem persona vocentur per illam equaliter, & si inter easdem ordo aliàs spectetur successiuus, arg. d. l. 8. d. vsufr. accres. & Bart. ibid. num. 5. Bald. cateriq̄, Dd. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. D. de lib. & post. Decian. cons. 12. num. 3. vol. 2. Quam sententiam communiter esse receptam scribit Schrad. de F. p. 7. c. 4. num. 25. & H. Pist. lib. 2. quæ. 35. num. 29. Dis. Curt. Iun. de F. p. 3. memb. 1. num. 18. & alij, quos refert & sequitur. D. Vult. lib. 1. de F. c. 9. num. 49. eò quòd nihil differant inuicem copulatiuæ hæ dictiones, (CVM, ET) per l. Titia 36. §. nihil. de leg. 1. l. si quis. 7. de vsufr. accres. l. illi 40. de vsufr. leg.

XVI.

Alteram quæstio hæc est, an præfatis casibus, quibus (vt dictum) masculis demum deficientibus fœminæ, successio in feudis permittitur, eadem à successione semel per masculum exclusâ, exclusâ esse intelligatur in perpetuum? Quæ quæstio etsi multis multorum interpretum opinionibus in vtramque partem quasi fluctibus agitetur, cæteris tamen præualere, & textum autoritate, & rationum pondere existimamus hosce, qui exclusam semel perpetuò manere exclusam arbitrantur, (a) etiam si masculus confestim post mortem patris & aduersum iam illius feudum decesserit, (b) vel feudum improprium fuerit, id est, pro quo aut omninò nullum, aut tale præstatur seruitium, quod etiam fœmina decenter exhibere possit, vel denique feudum fœmineum sit. (c)

(a) per textus feudales apertissimos & clarissimos, & l. per t. 6. §. quinquies. i. F. vbi IC. inquit, Si quis feudum eo tenore acceperit, vt illud descendentes masculi & fœminæ habere possint, relicto masculo, fœminæ vltèrius non admittuntur, quæ dicitio (VLTERIVS) triplicem illius Inuestituræ vim ostendit; 1. Quòd non extante masculo fœmina in feudum patris defuncti succedat. 2. Quòd relicto masculo non admittatur fœmina; 3. Quòd vltèrius, id est, amplius nunquam admittatur succedente masculo; est etenim dicitio VLTERIVS ad verbum temporis perpetuò exclusiuum, vt arguit c. cum accessissent. vers. fuit in super. vbi Blæxtr. de constit. & in l. 3. in fin. C. de præf. 30. an. Tirag. ad l. si vnquam in verbo reuertatur. num. 129. C. de Reu. don. 2. per text. d. t. 6. §.

99 2 vlt.

ult. ubi idem I. iuquit. Et his omnibus casibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur; Ex quibus verbis itidem 3. colligi possunt, 1. Quod ibidem agatur de pluribus casibus, & in specie de casu d. S. quin etiam. qui fuit de fœminâ per masculum exclusâ, 2. Quod dd. illis casibus omnibus feudum amittatur, adeo vt defuncto etiam illo masculo, in illud succedere fœmina amplius non possit, qui enim feudum amittit, ius succedendi in illud saluum habere, & potestate illius in eo succedere amplius nequit, cum remoto subiecto, feudo sc. & iure succedendi in illud, remoueatur etiam necessario eius adiunctum, ipsa sc. successio. 3. Quod feudum illud reuertatur ad dominum, ita vt fœmina exclusâ, ad illud iure regressum habeat nullum, vnde dd. textus non nisi de perpetuâ fœminarum exclusionem accipi atq; intelligi possunt; His textibus accedunt ratio-

1. rō n̄ ē unior salis fallim. in substit. hōm p̄p̄ illorū et f̄id̄i ḡm̄ f̄ar̄iā h̄m̄ d̄m̄ ad n̄ p̄p̄ h̄m̄ f̄id̄i.

nes vrgentissimæ seqq. 1. enim fœmina Inuestitura pacto ad feudi successionem vocata, in masculorū tantum defectū admittitur, atq; ita illis duntaxat substituitur, t. 17. in pr. t. 18. t. 30. 2. F. t. 8. S. filia. 1. F. Sicut ergo is qui in defectum alterius per substitutionem vocatur, succedente eo, cui subsistutus est, prorsus excluditur, nec amplius vnquam admittitur, & si post successionem is, in cuius defectum vocatus erat, decesserit, l. post aditam. C. de Impub. subst. l. 3. & l. quamdiu. 69. d. adq. hered. l. 7. S. sed quod. D. de minor. S. masculos igitur. Inst. de pub. subst. l. 7. l. 14. l. ex facto. 43. in in pr. D. de vulg. & pup. Ita in feudum

2. rō v̄ d̄o fallaxē. magis n̄ h̄t̄ ius sic cadendi, h̄r̄. q̄ m̄ d̄ficiant masculi, n̄ uocant ad f̄id̄i h̄m̄. nam t̄p̄ q̄ d̄ficiant t̄p̄ masculi p̄m̄ vocat. ante t̄p̄ q̄ uocata s̄t̄ q̄t̄ p̄ excludi. q̄d̄ fallaxē p̄p̄t̄. p̄p̄t̄ q̄ d̄ficiant n̄ d̄m̄ t̄.

succedente masculo, fœmina prorsus excluditur, nec amplius, mortuo quantumuis eo masculo, in locum illius admittitur; II. Quia Pacto Inuestitura ius succedendi in feudum fœminæ datur, sub tacitâ hac conditione, si masculi deficient. t. 17. in pr. & t. 18. 2. F. Iuncto t. 6. S. quin etiam. & t. 8. S. filia. 1. F. Idem succedendi ius sub contrariâ conditione, si masculi extent, & in feudum succedant, nunquam fuisse datum intelligitur, arg. l. de quibus 40. S. quidam. & l. aliquando. 107. D. de cond. & demonstr. vnde defuncto masculo illo, fœmina prius remota non succedit, cum nulli competat successio, qui ius succedendi non

at d̄ficiant in f̄id̄i ē d̄o d̄ficiant 2. amplius ad in f̄id̄i.

habet. III. Fœmina in deficientis tantum masculi locum succedit, t. 17. & 18. 2. F. Ergo semel succedente masculo, non admittitur amplius, Siquidem in successionis materiâ is tantum deficere dicatur, qui non succedit, non etiam qui cum iam semel successisset, moritur, l. 5. D. de vulg. & pub. l. quod si. 78. D. ad L. Falcid. S. si eadem res. Inst. de Leg. IV. Fœmina per masculum à feudi successionem remota,

Excludi ius successione p̄p̄ h̄m̄ q̄ d̄ficiant h̄ masculi: n̄ à successione f̄id̄i t̄p̄ q̄ d̄ficiant q̄ nullo uicario masculo s̄t̄ f̄id̄i h̄m̄ f̄id̄i.

excludi, iusq; succedendi ex Inuestitura pacto eidem competens extinguere dicitur, extante & succedente masculo, t. 104. S. item si quis in extraord. cc. Non ergo reuerti ad illud poterit ulterius, arg. l. si ponas. S. 1. de In off. test. l. 2. in prin. S. 1. & 2. D. de except. siquidem ius semel extinctum non reuiuiscat amplius, l. 3. S. si capitis. vers. etiam si omiserint. D. de bon. libert. l. sed si. 26. S. arbor.

Fœmina. ēē semel exclusiōm f̄id̄i p̄p̄t̄ exclusiōm, ind̄ p̄p̄t̄. avus arḡ f̄id̄i h̄m̄. ei mortuo succediā filij n̄ a. t̄ D. de no. filio n̄ p̄p̄t̄; n̄ p̄p̄t̄ excludi, ac mortuo filio iam n̄ p̄p̄t̄ succedi. q̄ si n̄ p̄p̄t̄ f̄id̄i p̄p̄t̄ exclusiōm t̄p̄, n̄ p̄p̄t̄ filio p̄p̄t̄ suo mortuo. t̄p̄ p̄p̄t̄ agnati excludi à p̄p̄t̄. hoc t̄p̄ mortuo h̄m̄ f̄id̄i h̄m̄ f̄id̄i.

ff. de adq. rer. dom. l. in tantum. 6. S. semel. ff. de Rer. diu. l. 83. S. sacram de verb. oblig. & deniq; in simili, foemina vigore statuti masculis extantibus semel à successione remota, ad successione amplius non admittitur, etiamsi masculus ille fuerit defunctus, per not. Bart. in l. ult. ff. ad Tertull. Bl. in l. si quis. S. si filiū. ff. de Lib. Post. Aret. cons. 144. Alex. cons. 43. vol. 3. Anchor. cons. 25. & cons. 221. Eadem deniq; sententia verissima declaratur communibus Dd. suffragijs, quos Dd. collegerunt Tiraq. ad l. si vnquam. in verb. suscep. liberos. n. 195. C. de Reu. don. Menoch. cons. 1. n. 458. Gail. lib. 2. obs. 148. n. 1. Myns. C. 5. obs. 24. n. 4. Schrad. p. 7. c. 4. n. 83. Hart. Pist. lib. 2. q. 36. n. 1. Rosentb. in Synop. cap. 7. concl. 93. lit. D. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 51. Sunt tamen ex lurisconsultis magni nominis tam veteribus quam recentioribus haud pauci, qui contrariam & negatam opinionem, vt equiorem consulendo & iudicando sequendam esse scribunt, quos refert & sequitur Fich. in addit ad 10. Baptist. à Villalob. lib. com. opin. Lit. F. n. 60. Myns. C. 5. obs. 74. n. 8. H. Pist. lib. 2. q. 36. n. 5. Rosenthal. d. c. 7. ad d. concl. 97. Vult. d. c. 9. n. 57. Vves. de Feud. c. 6. n. 23. qui omnes in sua opinionis patrocinium aduocant text. t. 8. S. filia verò. 1. Feud. vbi generaliter & indistinctè filio Vasalli non extante, foemina ad feudi successione admittitur, & text. t. 17. 2. F. Quo loci foemina à feudi successione excludi dicitur, donec masculus superest, id est, conditionaliter quoad antenus & temporaliter, non in perpetuum, quam vim habere volunt positum ibid. aduerbium temporis, DONEC, quod actum, cui iungitur, non penitus remouet, sed ad temp tantum suspendit, l. ambiguitatem, 12. vers. sin autem, C. de vsufr. l. 2. in pr. ff. de vulg. & pup. & idem denotat, quod aduerbium quandiu, l. 1. S. pen. ff. de ventr. in poss. mitt. Bart. & alij in l. ult. ff. ad Senatusconsultum Tertull. Et III. pro hoc sententia text. adducunt ex t. 17. in pr. & t. 18. 2. F. quibus locis generaliter sine vllà temporis distinctione traditur, quod quoties masculus deficiat, foemina in feudo ex inuestitura pacto locus fiat, ergò & mortuo masculo, per quem prius foemina fuit exclusa, siquidem is etiam deficere dicatur, in S. si eadem res inst. de leg. l. 5. ff. de vulg. & pupil. l. 28. ff. ad L. Falcid. quibus feudorum textibus has insuper subiiciunt rationes. 1. Quod pater in 1. feudi acquisitione sibi & heredibus suis potius tam masculis quam foeminis, quam extraneo siue domino concedenti prospexisse, hoc omnino voluisse praesumitur, vt eo etiam casu filia succederet, quo post acquisitum feudum sine liberis filius decessisset, non autem vt feudum ad dominum rediret idq; ex paterna pietatis affectione in liberos, arg. l. cum auus. 102. ff. de cond. & dem. l. 30. c. de Fideicomiss. l. 6. c. de inst. & substit. Quod II. masculus ex tacitâ domini concedentis & Vasalli primi acquirentis voluntate

preferatur femine, in quocunq; gradu existenti tit. 17. tit. 51. S. similiter. 2.
 F. ergo & ex eorundem voluntate, verbis inuestitura (vt ipsi volunt) manifestè
 expressâ, masculo quocunq;, & gradu quocunq; deficiente, in feudo femina
 succedet, siquidem maior sit vis expressi, quam taciti, Euerh. in Top. loco ab ex-
 press. ad tacit. & favorabilius sit, feminam quouis gradu ad feudum admitti,
 quam femina masculum quouis gradu preferri, quippe quod illa sit masculo in
 ipso inuestitura actu re & verbis coniuncta, & proinde si ius commune spectes
 simul cum ipso admittenda, l. 66. l. 81. l. Lucius. 85. ff. de her. inst. Et quia III.
 ex domini concedentis & primi acquirentis expressâ voluntate, in defectum ma-
 sculi femina vocetur, siue statim mortuo primo Vasallo heres masculus deficiat,
 siue ù post adquisitum feudum sine liberis decedat, eadem admitti, & contra-
 hentium voluntas, tam in primo quam altero illo casu idem operari debet, per l.
 à Titio. 109. in fin. pr. de verb. obl. & l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. quod vulgò. ff. de
 vi & vi armat. Cum maximè nusquam in F. iure dispositum sit, quod semel ex-
 clusa, in perpetuum sit remota, eoque sine lege id asseueretur inefficaciter, Nou.
 18. c. 5. c. is qui. de sent. excom. in 6. Quodq; IV. ius succedendi femina compe-
 tens, qua per masculum in medio existentem remouetur, non penitus extin-
 guatur, sed ad tempus tamen suspendatur, etiam in feudis, t. 50. & t. 14. 2. F. Et
 V. deniq;, quod neq; in feudo femineo femina per masculum semel remota, sit
 in perpetuum exclusa, neq; clericus, qui semel propter religionis habitum à feu-
 do fuit remotus, depositus eo habitu, sit etiam alio successionis delatæ tempore
 propterea à feudo repellendus, vt docent interpretes ad t. 30. 2. F. & H. Pist. lib. 2.
 q. 33. n. 14. (b) text. in l. ait prator. S. sed quod Papinianus. ff. de Minor. vbi
 per minorem hereditatem adeuntem, sed mox abstentum, nihilominus substi-
 tutus excluditur, & quia generaliter omnis substitutio euanescit, cum institu-
 tus heres ipsemet succedit, t. 5. C. de impub. subst. l. 3. l. 69. ff. de adq. hered. et-
 iam si statim post successionem institutus moriatur, l. 9. in pr. ff. de reb. dub. l. vlt.
 ff. de success. edict. Facit huc, quod conditiones (qualis hæc etiam est, si masculus
 deficiat, femina succedat) temporis etiam momento implentur, neq; perseue-
 rantia requiritur, l. si quis. 7. & ibi Dec. n. 2. C. de inst. & subst. late las. ad l. 31.
 n. 10. ff. de vulg. & pup. Men. de adipis. poss. rem. 2. n. 38. Hancq; sententiã defen-
 dunt post Bl. n. 2. And. de Ifern. Math. de Afflict. ad d. S. quinetiam, t. 6. 1. F.
 Vasq. de success. lib. 3. §. 27. lim. 31. n. 10. Bursat. cons. 63. n. 17. H. Pist. d. q. 36. n. 32.
 Diss. Gl. eamq; secutus Iac. de Bel. Aluarot. & Pet. Rau. ad d. S. quinet. Borch. de
 feud. c. 7. n. 38. Idq; cõmuniter teneri dicunt, Curt. Iun. de F. p. 3. n. 32. Son. p. 9. n.
 130. hoc maximè argumento, quod vixisse non censeatur, qui illicò mortuus est,
 l. 12. in pr. de iniust. rupt. & irrit. test. l. vlt. in fin. C. de bon. q. lib. l. 17. ff. de vi &
 vi armat.

quæsi arystaminis & substitutio in l. 30 ad
 substitutio in feudo primo & substitutio
 e) in feudo ab ipso ptem differat.

vi armat. c. 3. extr. de V. S. (c) cum enim hac exceptio in libris F. nusquam sit proposita, generali regula, merito inherere iubemur, l. 1. vbi Dd. ff. de R. I. Bart. in l. quoties. 13. ff. si quis caut. Idq; in specie de hac limitatione scribunt Alex. conf. 29. n. 7. vol. 1. & alij quos citat Vult. c. 9. n. 54. quippe quod ad feudum foemineum expressa hac conditione vocentur foeminae, si scilicet masculi deficient, id est, si vel non extent tempore delati feudi, vel si cum extant, non tamen succedant, t. 30. in pr. 2. F. Dissent. Schrad. p. 7. c. 4. n. 85.

XVII.

Sicut autem eo quo dictum iam modo, foemina per masculum semel exclusa, manet exclusa in perpetuum, nisi diuersum inuestiturae pacto euidenter fuerit actum, (a) sic admissa semel ob masculi defectum, quandiu viuit feudum retinet, & si masculus nascatur postea, (b) neque foemina illa adhuc sit inuestita, (c) modo vxorem pragnantem mortis suae tempore Vasallus non reliquerit.

a) Veluti si pacto cautum fuerit, vt omni casu, quo masculus non extat, ad feudi successionem admittatur foemina; per hoc enim communi F. natura derogatur, t. 18. in fin. 2. F. H. Pist. d. q. 36. in fin. vel pater in agone constitutus, feudum pro filio sano & integro, filia item quam habet vnicam, per inuestituram adquisierit, vel certo pretio pro filio spadone ad procreationem inepto, & filiam suam feudum comparauerit, de quibus duobus casibus, vide Sonsb. ad vs. F. p. 9. n. 131. (b) Placita quippe F. foeminam extante masculo a feudo per successionem acquirendo repellunt, non etiam a feudo iam adquisito remouent, d. t. 6. §. quinetiam. t. 8. in pr. §. filia vero. 1. F. t. 11. §. ad filias. t. 17. 18. & 50. in pr. 2. F. & consequenter hunc casum dispositioni, l. communis decidendum relinquunt, arg. t. 1. in pr. 2. F. quo cauetur, ne id q. alicuius factum, aut actio quae alicui semel quaesita est, auferatur inuito, l. id. quod. 11. de R. I. l. 35. de adq. rer. dom. l. habere, in fin. ff. de euct. cum ius semel quaesitum censetur esse perpetuum, arg. l. siue possidetis. 16. C. de probat. Facit hunc, quod multa fieri impediuntur, quae tamē si facta sint, tolerantur, l. patre. 8. ff. de his qui sui vel al. iur. quodq; consumata non vitiantur, etiam si in eum casum deueniant, a quo incipere non possunt, Tiraq. ad Reg. cessant. caus. lim. 12. & deniq; quod contrariorum eadem sit disciplina l. 1. in. pr. ff. de his qui sui vel al. sicut igitur semel remota foemina in perpetuum manet exclusa, ita semel admissa, quandiu viuit, feudum retinebit, ita sentiunt quoq; Bl. Iac. de Beluis. & Fr. Schenck. ad d. t. 17. 2. F. eamq; sententiam communiter receptam & adprobata esse scribunt, Curt. de F. p. 3. m. 1. n. 33. Zas. in Ep. F. p. 8. n. 53. Clar. lib. 4. sent. q. 80. n. 1. Schrad. p. 7. c. 4. n. 82. & H. Pist. lib. 2. q. 35. num. 9. & ab ea iudicando non esse recedendum vult. Iac. de S. Georg. tr. feud.

tr. feud. in verb. & foeminis. n. vlt. Dissent. tamen post Gl. And. de lseris. Laud. Math. de Afflict. ad t. 17. lib. 2. F. Hug. Cels. cons. 26. n. 47. & 56. Fr. Burs. cons. 63. num. 16. qui contrariam opinionem in secreto iuris veriozem esse scribunt, quia vt tradunt, foemina in casu deficientis masculi ad feudum admittatur conditionaliter, si scilicet masculus postea non superueniat, t. 17. 2. F. & vnumquodq; facile ad naturam suam reuerti soleat, l. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, in fin. ff. de pact. & vitientur illa, quæ quidem valent ab initio, sed post in eum casum perueniunt, vnde initium sumere non possunt, l. quia in eum 16. ff. ad L. Aquil. §. item contra inst. de inut. stip. l. 98. in pr. vers. & ff. de verb. obl. l. pro parte. 11. ff. de seruit. l. 3. in fin. ff. de his quæ pro non script. hab. (c) Non enim per inuestituram, sed successionem feudum acquirit, qui in illud succedit, etiamsi renouatione inuestitura opus habeat, t. 1. in fin. t. 33. in pr. 2. F. vide H. Pist. d. q. 35. n. 10. vbi Soss. refutat. (d) per generalem regulam, quod pro iam natis habeantur qui in vtero sunt, quoribus de illorum commodo agitur, l. qui in vtero. 16. ff. de stat. hom. l. si quis, 23. ff. de capt. & postl. reuers. l. cum vir. 25. ff. de cond. & demonst. §. si quis filiabus inst. qui test. tut. dar. possunt. Quam exceptionem probat & admittit Math. de Afflict. ad t. 17. 2. F. quem refert & sequitur H. Pist. d. q. 35. n. 11. & D. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 49.

XVIII.

Porrò quæ de successione liberorum in feudis exposita sunt hactenus, ea non modò de liberis primi gradus, sed & de cæteris descendens, puta de nepotibus, pronepotibus & reliquis inferioris ordinis liberis accipi debent, vt & illi d. iam modo in feudis succedant, (a) siue feudum ad masculos tantùm pertineat, siue spectet etiam ad foeminas, ex pacto inuestiturae adiecto, vel quia est foemineum. (b)

a) t. 8. in pr. 1. F. t. 11. in pr. vers. filijs non existentibus. t. 50. in pr. 2. F. cui consentaneum est, quod traditur in l. 4. ff. de iur. immunit. (b) ita tamen vt hoc casu semper foeminis præferantur masculi, t. 11. §. filias. t. 17. t. 30. 2. F. t. 1. §. hoc autem ibi, similiter & earum filij. 1. F.

XIX.

Hæc tamen adhibitâ distinctione, vt si filij soli sint, in feudis succedant æqualiter & in capita, (a) si cum filijs concurrant nepotes, successio fiat in stirpes. (b)

a) t. 1. §. & quia vidimus, in fin. & d. t. 8. in pr. 1. F. id quod ciuili & pratorio iuri consentaneum est. l. inter filios. C. Fam. Ercisc. l. 1. C. vnd. lib. l. pen.

l. pen. C. com. diuid. (b) nepos enim in sui patris locum succedit, d. t. 8. in pr. 1. F. & feudum non minus quam allodialis hereditas in stirpes diuiditur; quamuis enim per se & naturâ suâ sit indiuiduum, equè ut vsu fructus ceteraq; seruitutes, vtilitatis tamen causa inductum est, vt materia feudi instar vsufructus, id est, fructus ipsi diuiderentur, t. 55. S. praterea Ducatus. 2. F. iuncta l. 5. ff. de vsufr. l. 2. & 3. C. de suis & legit. l. 1. S. si filius. ff. eod.

XX.

Sed quid hoc casu de feudo Ducatus, Marchiæ, Comitatus, (quod ex Friderici Imp. legislatione in totum, exceptâ verò Germaniæ consuetudine, quoad Regalem (vt vocatur) dignitatem diuidi prohibetur, & ad cuius successionem solus primogenitus vocatur) statuendum sit, in dubium trahitur, quando scilicet nepos ex filio primogenito præmortuo relictus, cum patruo suo ad aui successionem concurrat, vter horum præferri, & ad Regalem dignitatem admitti debeat? (a) Et nepotem patruo suo præferendum esse, intrepidè statuimus. (b)

a) Quam questionem semper dubiam putauit Ias. in l. maximum vitium vers. tertio nota. C. de lib. præter & in cuius decisione Dd. mirè variant; Alex. enim cons. 54. vol. 3. post varios Dd. quos refert, statuit, ius patruus potius esse, & hunc primogeniti filio præferri, idem sentit Cuiac. ad t. 11. 2. F. duobus potissimum argumentis: I. Quòd representationis beneficio remotior cum proximior concurrat tantum, non autem prorsus eundem excludat. II. Quòd eadem sit ratio primogeniturae, quæ proximitatis, vt proinde sicut eo casu, quo proximitatis iure successio defertur, solus succedit, qui mortis tempore proximior fuit, neq; representatio locum habet, l. 1. ff. vnde legitimi. l. 3. ff. vnde cognati, ita etiam vbi primogenitus ad successionem vocatur, succedat, qui moriente eo, de cuius bonis agitur, primogeniti gradum locumq; obtinet, vid. Tiraq. de iur. primog. q. 40. n. 100. & Hotom. disp. de feud. c. 28. (b) Hanc sententiam iure & æquitate probabiliorem esse scribit Io. And. in addit. ad Specul. t. de feud. vers. redeundo ad indiuiduum. Bl. ad l. 1. libert. C. de op. libert. Panormit. ad c. licet, vers. nota extr. de dote. Olrad. cons. 224. Fr. Schenck. ad. tit. 14. 1. F. Tum quia nepos vt communi, ita & F. iure in filijus & locum succedit, l. si nepotis. ff. de collat. iuncto tit. 8. in prin. ibi. nepotes. 1. F. hincque ad filij conditionem redigi, eiusq; locum tenere dicitur, in l. sed etsi is 6. S. 1. ff. de her. instir. l. coheredi. 4. S. 1. ff. de vulg. & pupill. eoz; neque meliori neque deteriori conditione esse, sed instar patris sui, in cuius locum & primogeniturae ius successit patrum suum excludere, eiq; præferri debeat, arg. l. qui

rr

in ius.

in ius. 177. l. nemo. 120. ff. de R. I. tum quòd pater & filius eadem ferè persona censentur, l. vlt. C. de impub. subst. S. ei verò. inst. de inut. stip. vna caro esse probantur, Can. contradicimus. & Can. hac author. 35. q. 3. Et III. quòd filius etiam non preparatam inofficiosi querelam contra patris testamentum ad nepotem transmittit, l. si quis. S. sed nos. C. de inoff. test. Ergò & ius primogenitura, quod pleno iure ad eum viuentem pertinet, in tantum, vt illud etiam vendere & alij cedere possit, Gen. 25. & 27. c. quam periculosum. 7. q. 1. c. vlt. S. item opponitur. 22. q. 1. eoq; etiam; vt quoduis ius aliud quòd cessibile est, ad heredes suos trasmittere, l. heredem. 59. & l. 26. de R. I. Bart. ceteriq; Dd. ad l. ex pluribus. 32. ff. de administ. & pericul. tut. Probat idem quòd ius alicui loco & ordini tributum, ei tantum debetur, qui locum & ordinem illum occupat, l. 1. S. 1. l. 4. S. quanquam. ff. de censib. Ergò & primogenitura eius ordini & loco, filij natu maximi tributum, ei debetur nepoti, qui subducto de familia patre, in locum, ordinem, & gradumq; illius ita successit, quasi nunquam vacuus ille fuisset, arg. l. 28. S. 1. ff. de lib. & post. t. 2. in fin. pr. ff. de bon. libert. l. 1. S. liberorum. ff. de coniung. cum emancip. liber. l. filium. 20. S. videamus. in fin. ff. de bon. poss. contra tab. l. 1. S. si filius. ff. de suis & legit. l. Gallus. 29. S. videndum. ff. de lib. & post. Huc deniq; confert & illud, quòd ius primogenitura ad fratrem primogeniti neq; viuentem primogenito pertinet, (quia præter primogenitum, qui solus ius illud habet & possidet, alius eiusdem iuris in solidum heres esse nequit, l. quòd contra. 141. S. 1. de R. I. Sed fratres ipsius sunt quasi capite deminuti, vel quasi adgnati, qui ad successionem non admittuntur, quandiu extat ex suo herede filius, l. 1. S. si filius. ff. de suis & legit. vers. sui autem heredes. inst. de success. ab intest. iuncta l. 1. de success. edict. l. 1. quis ord. in bon. poss. seru. l. 11. C. de suis & legit. S. reperitis inst. de grad. cognat.) neq; mortuo primogenito ius illud ad fratrem ipsius deuoluitur, si filius ex defuncto superstes sit, is etenim patris sui locum adedè repente occupat, vt ne momento quidem ille vacasse censeatur, l. 2. in fin. pr. ff. de bon. libert. & arg. l. 3. ff. de don. in t. vir. & vx.

XXI.

Quòd si defunctus nullos reliquerit filios, sed nepotes vel vltioris gradus liberos, tunc nepotes præferuntur pronepotibus, & pronepotes abnepotibus, & sic deinceps semper proximiores remotioribus, ex eadem lineâ descendentibus.

text. in t. 50. in fin. F. & t. 55. S. præterea. 2. F.

Et hæc

XXII.

Et hæc de liberorum successione in feudis; Dispicendum nunc paucis de successione parentum: Qui etsi regulariter ad legitimam liberorum successione non admittantur in feudis, (a) ijdem tamen liberis suis in feudis succedunt, si vel in primâ feudi concessione, siue inuestiturâ hoc actum & expressum sit, (b) vel propter patris benemerita, eiusque contemplatione filius de feudo inuestitus fuerit, (c) aut in filij fauorem pater feudum suum refutarit, (d) vel denique loci statuto hoc receptum, aut consuetudine introductum fuerit. (e)

a) text. expressus in tit. 50. in prin. 2. F. quod scilicet propter communem F. naturam semper, si non expresse, tacite tamen in primâ inuestiturâ hoc actum esse præsumatur, inter dominum & Vasallum, vt concessum feudum ad inuestitum & eiusdem postores, siue ex eo descendentes, non etiam eiusdem parentes pertineat, quippe quod rariùs, & non nisi turbato mortalitatis ordine contingat, vt filij ante parentes decedant, l. nam etsi. 15. ff. de inoff. test. Duar. de F. tit. 11. num. 10. eumque securus H. Pist. lib. 2. q. 19. num. 5. vide quoq; Myns. C. 3. obs. 93. Hotom. ad tit. 50. 2. F. & Fr. Soms. part. 9. num. 47. Hart. ad Eppingen. lib. pr. obs. 46. t. 45. (b) t. int. 84. in extraord. cc. & valere huiusmodi pactum inde quoq; probatur, quia pacto effici potest, vt & alia personæ, quæ aliâs in feudo succedere non possint, ad illius successionem admittantur, veluti fœmina, tit. 8. §. filia. 1. F. & frater in feudo fratris nouo tit. 1. §. cum verò vers. sin autem. 2. F. (c) Hoc enim feudum etiam patri in casum deficientis filij concedi intelligitur, argument. l. dotem. 6. C. de collat. l. vlt. in fin. C. de usufruct. l. 10. §. in adrogato. vers. ego etiam. ff. de vulg. & pup. Schrad. de feud. part. 7. cap. 6. num. 4. Duar. cap. 11. num. 11. Borcholt. cap. 7. num. 9. (d) Si enim filius ille nullis relictis liberis masculis moriatur, patrem in eius feudum succedere volunt interpretes, post alios Hart. ab Eppingen. lib. pr. obseru. tit. 54. obseru. 46. Soms. part. 9. num. 48. Borcholt. d. cap. 7. num. 9. & Schrad. part. 7. cap. 6. num. 4. idque in Camerâ Imperiali receptum esse & obseruari testatur Mynsing. C. 3. obseru. 93. Sed obst. videtur textus generalis, tit. 50. in princ. 2. F. & d. tit. 84. in extraord. cc. (e) arg. t. 1. in pr. & scribit And. de Ifern. ad t. 50. 2. F. Schrad. d. p. 7. c. 6. num. 3.



XXIII.

Restat vt agamus de successione collateralium, vbi considerandum, tum quinam collaterales, & in quod feudum succedant, tum etiam gradus huius transfusæ successione collateralium.

XXIV.

In feudum succedunt collaterales, si ex eo, qui primus feudum adquisiuit, descendant, neque liberi defuncti Vasalli extent.

*t. 11. §. his verò. t. 31. §. paternum. vers. ex latere omnes. 2. F. t. 1. §. hoc quoq;
t. 8. §. 1. 1. F.*

XXV.

Succedunt igitur collaterales siue transfusi ordinis adgnati, si feudum vetus sit, siue paternum, (a) non etiam si fuerit feudum nouum, (b) nisi vel inuestituræ pacto nominatim conuenerit, vt frater ad noui feudi fraterni successione admittatur, (c) vel fratrum vnâ habitantium alter ex communibus bonis feudum vtriusq; nomine adquisierit, à domino istiusmodi fratrum conditionem non ignorante, (d) vel duobus fratribus feudum communiter concessum sit, ad hoc, vt communibus equis & armis dominum contrâ hostem iuuent, (e) aut consuetudine vel statuto cautum sit, vt transfusales etiam in nouum feudum succedant, (f) vel denique feudum nouum adquisitum fuerit Iure feudi antiqui siue paterni. (g)

a) *d. t. 11. §. his deficientibus t. 14. & 15. t. 26. in pr. t. 45. & 49. d. t. 50. 2 F. d. tit. 4. §. cum autem d. tit. 8. §. hoc quoq;, & §. filia verò. tit. 12. 1. F. (b) etiam si communiter & simul fratres vel adgnati feudum aliquod acceperint, text. expressus in tit. 1. §. cum verò vers. sin autem vnus tit 8. §. vlt. tit 20. 1. F. tit. 12. 2. F. tit. 14. §. si duo fratres, 1. F. d. tit. 11. §. his verò vers. sin autem tit. 14. 15. & 26. in princ. 2. F. vel etiam ab vnâ habitantium fratrum altero vtriusq; nomine, à domino sciente, feudum vel gratis obtentum, vel propriâ, non communi pecuniâ sit emptum, etsi enim hoc casu frater fratrem succedere scribant Sonsb. de F. p. 9. n. 83. vers. fallit, Schneid. p. 6. n. 3. Rosen. c. 3. concl. 126. Vult. lib. 1. de F. c. 9. n. 106. Fr. Schenck. ad t. 20. lib. 1. F. Repugnat tamen t. 12. 2. F. vbi trestantum casus excepti sunt, quibus frater fratri in nouo feudo succedit, neq; inter eosdem hic etiam casus comprehensus esse legitur, (c) tit. 1. §. cum verò vers. sin autem & t. 8. in fin. tit. 20. 1. F. ibi nisi*

nisi per Inuestituram ordinatum fuerit, & c. t. 12. & t. 18. vers. vlt. 2. Feudor.
 (d) d. t. 20. in fin. 1. F. ibi, vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit em-
 ptum. (e) d. t. 20. in fin. ibi, vel in hostem Regis adquisierint. Etsi verò præ-
 ter hostres exceptos casus, fratrem fratri in nouum quoque feudum succedere
 quidam velint, si feudum illud sit indiuiduum, & ambo communiter & simul
 de eo sint Inuestiti, dummodo pretium siue estimationem partis defuncti fra-
 tris superstes domino præstet, Ita post gl. ad t. 12. lib. 2. F. docet Sonfbeck. ad vs.
 F. p. 9. num. 83. Rosenth. in synopsis c. 7. conclus. 122. Vult. lib. 1. de F. c. 9. num. 106.
 erroris tamen vel inde conuincuntur, quòd omne feudum per se consideratum
 indiuiduum sit, cum ius sit res incorporalis, quæ diuisionem non recipit; Quòd
 item omne feudum, si eius commodum spectes, perceptionem scilicet fructuum,
 diuiduum est; sicuti vsu fructus, vnde generaliter dicendum esset, secundum illo-
 rum opinionem, de omni feudo nouo duobus fratribus concesso, quòd vno eorum
 mortuo, totum illud pertineat ad alterum superstitem, non autem quòd defi-
 cientis portio redeat ad dominum, cum tamen placitis F. contrarium expresse
 constitutum & definitum sit, fratrem fratri in nouum feudum non succedere,
 præterquam tribus illis exceptis casibus. Sed hic non incommodè queritur, an
 sæpius iam dd. tribus casibus, quibus ex Inuestitura pacto frater fratri in nouum
 feudum succedit, mortuo fratre similiter ipsius filij ad eiusdem feudi successio-
 nem admittantur, vel hoc casu feudum reuertatur ad dominum; Quòd poste-
 rius probat Bl. ad c. quæ in Ecclesiarum. num. 47. extr. de const. Curt. Iun. de F.
 p. 3. m. 7. num. 57. Iac. de S. Georg. tr. F. in verb. presentes. num. vlt. Schrad. p. 7.
 c. 7. num. 3. & rectè quidem, tum quòd frater propriè sit ille, qui ex eodem se-
 mine nullo alio interpositio oritur, & appellatione fratris in successione fu-
 turâ, hominis dispositione delatâ, non veniant filij fratris nec alij transversales:
 tum quòd pactum de successione fratris in feudum nouum sit contra commu-
 nem F. naturam, & proindè strictè accipiendum, & minimè producendum ad
 consequentias, arg. l. quod verò. 14. D. de LL. (f) arg. t. 1. in pr. 2. F. & do-
 cet post alios quos allegat. Schrad. tr. F. p. 7. c. 7. num. 5. vers. Quartò hoc fallit.
 (g) Mynsing. C. 4. obseru. 84. Gail. lib. 2. obseru. 50. Cum natura feudi cuius-
 libet Inuestitura pacto immutari possit, t. 18. & t. 48. 2. F. & dominus, quando
 iure paterni feudi, nouum feudum alicui concedit, feudi ius suum licitè re-
 mittat, siquidem cuius rei suæ legem dicere possit, l. legem. C. de Pact. l. 21.
 C. Mandati. Facit hoc & illud, quòd donatio mortis causâ ita fieri permittitur,
 vt nullo casu eius sit repetitio. eaq; quoad effectum, vt reuocari non possit, perinde
 habetur, vt alia quæuis donatio inter viuos, l. 13. §. 1. & l. 17. D. de don. mort. cau-
 sa. quòd deniq; id quòd nouum est, pro antiquo haberi potest, l. quicumq; 7. in pr.
 C. de omni ag. desert. lib. 11.

CLASSIS QUARTÆ.

XXVI.

Primò omnium autem ex collateralibus ad feudi successiōnem vocantur fratres, (a) vnde queritur, si fratres ex vno latere iuncti, cum fratribus vtrinque coniunctis concurrant, an æqualiter in feudo succedant? Quod affirmare minimè dubitamus.

(a) t. 11. §. his verò. & t. 45. vers. vbi verò filium. 2. F. (b) Et si enim Iure ciuili & communibus Rom. LL. fratres vtring, coniuncti, præferantur in alodiali successione, coniunctis ex altero tantum parente fratribus, Nou. 118. c. 3. eò quod duplici Iure muniti sint, proindeq, potiores esse censeantur ijs, qui vnico tantum Iure gaudent. §. sed hodiè. vers. si verò pater. Inst. de adopt. l. pen. in pr. vers. si verò pater naturalis C. d. s. Iure tamen F. frater per patrem tantum, atq, ita, vno solummodò latere coniunctus vnâ & æqualiter in feudum fratris defuncti succedit, cum fratre vtring, coniuncto, siquidem sit ex numero adgnatorum §. vulgò quæstos. vers. eadem ratione. Inst. de success. cognat. qui simpliciter in feudum succedere dicuntur, t. 11. §. his verò. t. 45. vers. vbi verò filium. 2. F. non proprio hereditatis Iure, sed potius concedentis domini & primi acquirentis beneficio; Paris. cons. 65. vol. 3. Gail. d. obs. 151. Ita tradunt & docent communiter Dd. quos congesit Io: Borch. ad vs. F. cap. 7. p. 2. n. 8. Schrad. tr. F. p. 7. c. 7. num. 14. Rosenth. in synopsis. F. c. 7. concl. 130. eandemq, sententiam approbarunt assessores Camera Imp. teste Gail. lib. 2. obseru. 151.

XXVII.

Quòd si cum fratribus concurrant prædefunctorum fratrum filij, tum hi cum illis, (patruis suis) in stirpes, id est, ita admittuntur, vt præmortuorum parentum portionem capiant, (a) siue feudum fuerit hæreditarium, siue ex pacto & prouidentiâ acquisitum, siue denique mixtum sit, id est, partim hæreditarium, partim ex pacto & prouidentiâ. (b)

(a) neq, enim fratres fratri suo vt fratres, neq, fratris demortui filij patruo suo vt patruo, sed illi tanquam filij suo patri, & hi tanquam auiatici nepotes suo auo in feudum succedunt, text. in t. 14. §. 1. vers. si verò vnus. t. 19. §. si quis miles. 1. F. t. 11. §. his verò. & t. 50. in prin. vers. ex latere & §. paternum. 2. F. vbi expressè frater, quando fratri in antiquum succedit feudum, succedere dicitur, non in fraternum, sed paternum feudum: Sicut ergò nepotes auo suo in stirpes succedunt, si cum patruis suis concurrant, t. 8. in pr. ibi, vel nepotes ex filio. t. 19. §. vlt. ibi in beneficium aui. 1. Feudor. Ita

Ita quoque si cum defuncti fratre concurrant alterius fratris prædefuncti filij, hæc cum illo in stirpes succedunt, quippe quod hac in parte ius commune Romanum, Nouell. 118. c. 3. & Nou. 127. c. 1. comprehensum contrario feudorum iure nullibi sit immutatum, quam etiam sententiam communi Dd. calculo receptam & adprobatam esse testatur Zas. in epit. Feudor. p. 8. num. 17. Myns. c. 3. obseru. 94. in prin. & feudista communiter ad t. 11. §. his verò. 2. Feud. (b) generaliter enim traditur in d. t. 11. §. his verò. 2. Feudor. Quod fratres cum præmortuorum fratrum filijs, ad successionem defuncti fratris in feudo paterno vocentur, Ad hæc omnes adgnati in paternum feudum succedunt, non tam quod sunt adgnati, quam quod sunt ex numero liberorum ex primo acquirente descendendum, vnde passim in libris F. succedere dicuntur in paternum, nunquam autem in adgnatitium siue fraternum feudum, cum igitur in feudi successione liberorum ea conditio sit, vt nepotes in vicem & locum sui patris succedant, t. 8. in princip. & t. 19. §. vlt. 1. Feudor. nepotes quoque ex fratre demortuo, patruo in feudum illius paternum, vnâ cum patruo suis succedent indistinctè, siue id feudum fuerit ex pacto & prouidentia, quod solum placita F. adgnoscant, siue feudum sit hereditarium aut mixtum, vt ostendit H. Pist. d. lib. 2. qua. 1. cum maximè nusquam soli fratres ad defuncti fratris feudum paternum vocentur, reiectis filijs alterius fratris præmortui, vnde Iuris communis regulis hæc in parte inherendum eò tenacius, quoad vsq; diuersum F. consuetudine receptum esse sufficienter fuerit probatum; pert. t. 1. §. strenuus autem. 2. F. & probat. D. Vult. lib. 1. cap. 9. num. 109. p. 521. vbi plures ad hoc citat. Dissent. Couar. & alij quos allegat, lib. pact. quest. cap. 38. num. 13. & num. 109. qui demortui fratris filios, cum patruis suis, defuncto suo patruo, in feudum paternum, si mixtum fuerit, vel ex pacto & prouidentia, planè succedere negant, eò quod in huiusmodi feudis successio fiat, non hereditario, sed sanguinis iure, vt proinde sanguinis proximitate, quo fratri frater iungitur, is preferatur alterius sui fratris prædefuncti filijs.

XXVIII.

Sin verò demortuus Vasallus non fratres sed prædefunctorum fratrum filios & patruum relinquat, tum fratrum illi filij soli succedunt, excluso patruo defuncti Vasalli.

Iure enim Feudorum successio feudalis inter adgnatos, non tam gradus, quam stirpis, adeoque vibratorum prærogatiua nititur, t. in t. 50. §. paternum
autem

autem vers. Resp. ad solos. 2. F. Quam decisionem confirmat etiam ius civile, Nou. 118. c. 3. vers. quandoquidē igitur & in Auth. post fratres autem C. de legit. heredit. Quod in obscurioribus feudalitatis casibus decidendis sequi iubemur, in t. 1. §. strenuus autem. 2. F. & communiter eandem amplectuntur Aluarott. ad d. t. n. 7. Sonsb. ad vs. F. p. 9. num. 99. & 112. tres. tr. F. p. 6. num. 16. vers. illud autē V. Ves. Hot. ad t. 26. §. Titius filios, & t. 50. in verb. ad solos & ad omnes. 2. F. & in disp. sua feud. c. 19. Borch. c. 7. p. 2. num. 85. Schrad. tr. F. p. 7. c. 7. n. 17. Idem etiam statuendum, si Vasallus prædefuncti sui fratris nepotes relinquat, & patrum, quia non minus & illi hunc à successione feudi excludunt, ut & defuncti patrum magnum, d. t. 50. §. paternum. vers. Resp. 2. F. Hotom. d. disp. F. cap. 19. & Sonsb. d. loco. Diss. Vult. lib. 1. de F. c. 9. num. 110. eo quod utriq; pari gradu defuncto sint coniuncti.

XXIX.

Sed anceps & dubia admodum est quaestio, si defunctus Vasallus duorum vel plurium fratrum liberos impari numero reliquerit, an illi defuncto suo patruo in stirpes succedant vel in capita? Et in capita illos etiam in feudis succedere, de iure verius esse dicimus.

Hic enim casus cum expresse F. placitis decisus non sit, ex communi Rom. iure eius decisio peti debet text. in t. 1. §. strenuus autem. 2. F. Sed communi Rom. iure, quando frater moritur relictis post se demortuorum tantum fratrum liberis, tunc illi in capita non in stirpes ad successionem patrum sui defuncti vocantur, s. in l. 2. §. hac hereditas. D. de suis & legit. Nou. 118. c. 3. §. sed & ipsis fratrum filiis, ubi particula (T V N C) extremitatem temporis significat, per l. 4. in fin. D. de cond. & demonst. Item apud vlp. in Inst. t. 26. de leg. agn. success. §. adgnatorum hereditates. & apud Caium lib. 2. Inst. t. 8. §. item si moriatur quis, & Harmenop. lib. 3. prompt. Iur. civ. t. 8. & deniq; in constitutione Carolinā editā Spira in Comitibus. Ex quo communi Romanorum iure feudalem, & hunc casum Imp. Cam. assessores decidisse testatur Mynsing. d. obs. 94. in fin. & defendunt post alios Zas. in epit. F. p. 8. num. 18. Duar. de F. c. 11. num. 14. Schrad. tr. F. p. 7. c. 7. num. 16. Borch. c. 7. p. 2. num. 82. Dissent. And. de Ifern. Laud. Bald. & alij ad t. 11. 2. F. Idem Bald. ad t. 8. num. 4. 1. F. lac. de S. Georg. in verb. presentes & recipientes. num. 13. Curt. lun. tr. F. p. 3. memb. 3. num. 53. Sonsb. de F. p. 9. num. 100. quorum argumenta in contrarium adducta diluit Borch. d. c. 7. p. 2. num. 29. Sicut autem duorum fratrum liberi cum soli sunt, patruo suo in capita succedunt, ita & eodem modo succedunt patruo suo magno, cum sit utrobique eadem ratio, quod scilicet ad successionem veniant, proprio & suo iure, tanquam proximiores, non iure representationis, atque ita de hoc casu

casu in quadam facti specie aliquando Resp. fuisse testatur. Borch. d. c. 7. pr. 2. num. 83.

XXX.

Quòd si defuncto neque fratres sint neque fratrum filij, tunc ad illius successionem in feudum paternum ab ipso relictum vocantur alij vltiores transuersi ordinis adgnati, (a) & ex his semper proximiores, exclusis remotioribus, (b) ijque simul & æqualiter, si plures sint vnus eiusdemque lineæ adgnati. (c)

(a) t. 11. §. hū verò. ibi. deinde adgnati vltiores, 2. F. (b) In hac tamen proximorum pralatione cum primis spectari solet prerogatiua lineæ & vibrarum, eā enim qui nituntur, licet gradu remotiores sint, præferuntur tamen gradu proximioribus: Puta si Titius sine prole defunctus, adgnatos relinquit Caium patrum suum & Iulianum fratris nepotem, Caius & si sit gradu proximior, Iulianus remotior, attamen Iulianus in feudo paterno à Titio relicto Caio præfertur, eò quod prerogatiua lineæ & vibræ nititur, siquidem defunctus Vasallus Titius, & Iuliani auus ab eodem progeniti sint patre, text. de hac successione & pralatione in t. 50. §. paternum. vers. Resp. & vers. seq. 2. F. Nou. 118. c. 3. in fin. (c) d. t. 50. in fin. 2. F. Succedunt autem adgnati suis adgnatis in feudum paternum, non modò defunctis, sed & ob culpam remotis. t. 9. §. vlt. t. 24. in fin. t. 31. & t. 37. 2. F.

XXXI.

Et hæc de collateralibus, quoniam scilicet collaterales, & in quibus feudis succedant; Sequitur vt dispiciamus de gradibus collateralium siue transuersi ordinis adgnatorum, & 1. de ipsorum graduum computatione; tum ad quotum vsquè gradum in feudis succedant.

XXXII.

Graduum computationem quod attinet, etsi communiter interpretes velint, eam in feudali successione ex Iure ciuili reperendam esse, (a) neque etiam desint ex recentioribus, qui secundum Iuris Canonici præscriptum illam instituendam esse opinentur, (b) nos tamen vtrâque hâc opinione reiectâ statuimus, neque Iuris ciuilis dispositionem, neq; Iuris Canonici sanctionem in hac graduum computatione spectandam, sed ex ipsis feudorum placitis, horumque præscripto, gradus ita computandos esse, vt primus etiam inuestitus connumeretur & gradum constituat. (c)

ff

(a) per

(a) per text. t. 37. ibi, eodem prorsus ordine obseruando, quantum ad ordinem gradus, qui continetur in LL. 2. F. Cuius loci verba (in LL.) interpretantur de LL. Romanis. Item per textum. t. 1. §. hoc quoq₃. Iuncto. t. 8. §. hoc quoq₃. 1. F. t. 26. §. si Vasallus culpam. 2. F. Ex quibus locis ita argumentantur, Fratres patruales 1. ciuili inuicem sunt gradu quarto. Cum igitur ex antiquo F. vsu adgnatus tantum quarti gradus in feudum adgnato successerit, d. §. hoc quoq₃ & d. §. si Vasallus. Computatio certè 1. ciu. in feudis ineunda erit, non Iuris Canonici; Quippe quod fratres patruales. 1. Can. iungantur sibi inuicem gradu tantum secundo, in d. aurem. §. hoc quoq₃ l. expressum sit, quod feudum aduenientes ex latere vltra fratres patruales non progrediatur; Quam sententiam sequuntur & defendunt prater And. de Ifern. Eguin. Baro. ad §. & quia vidimus. t. 1. lib. 1. Feudor. Duar. c. 11. num. 14. Cuiac. ad t. 42. lib. 4. Feud. & alij alib. (b) Post alios Hotom. disp. Feud. c. 19. eumq₃ secutus H. Pistor. lib. 2. qua. 19. num. 8. & seqq. tum quod Longobardi, à quibus feuda originem habent suam, computationem illam seruarint, vt probant ex lib. 1. tit. 14. lib. 2. LL. Longobardicar. tum quod in t. 31. 2. Feudor. disertè scribitur, quod quartus gradus numeretur ab eo, qui primus feudum adquisiuit, cum alioquin secundum ius ciuile, non à primo acquirente, sed à defuncto potius Vasallo cui succeditur inchoandum, & persona sursum deorsum numeranda forent, ad eum vsq₃, qui vult succedere; Quo factò succederet tantum ex antiquo vsu patruelis suo patrueli, qui sunt inuicem gradu quarto; Cum tamen eodem F. Iure, quo gradus numerantur ab eo, qui primus feudum adquisiuit, succedat primi Inuestiti nepos suo patruo, à quo 1. ciu. quinto gradu, Item patru sui filio, à quo sexto distat gradu, eius deniq₃ nepoti & pronepoti, quorum ille seprimo, hic octauo est gradu Iure ciuili; Facit huc, quod in feudali successione ad geniculum siue generationem respicere iubemur, text. in t. 1. §. hoc quoq₃ sciendum. ibi, vsq₃ ad 7. geniculum. 1. Feudor. & t. 52. §. satis benè. in fin. 2. Feudor. (c) Quod ex seqq. satis euincitur; Secundum antiquum F. vsu illi tantum remotiores adgnati in feudum suis adgnatis succedere dicuntur, qui gradu quarto remoti sunt ab eo, qui primus de feudo fuit Inuestitus, t. 26. §. si Vasallus culpam. t. 31. §. 1. 2. Feudor. t. 8. §. hoc quoq₃ obseruatur, 1. Feudor. Sed eodem Feud. antiquo Iure ex remotioribus adgnatis illi tantum ad feudi successione vocantur, qui patruales sunt, d. t. 1. §. hoc quoq₃. 1. Feudor. id est, primi Inuestiti nepotes & pronepotes, vt habetur in t. 50. §. paternum. 2. Feudor. Vnde necessariò sequitur, quod feudorum Iure pronepotes

potes suo proauo (à quo *Can. computatione seiuncti sunt gradu tantum tertio, can. decimo gradu. §. tertio gradu. 35. distinct. 5.*) gradu iungantur quarto; Proindeq; computationem graduum feudisticam, à Canonica quoq; computandorum graduum ratione planè alienam esse, siquidem secundum illam succederent ex remotioribus adgnatis etiam primi adquirentis abnepotes, ut qui demum quarto sint gradu *l. Can. Quod tamen expressè negatur in d. t. 1. Feudor.*

XXXIII.

Ad quorum vsque gradum autem adgnati suis adgnatis in feudis succedant, non minus controuertitur? Et quamuis propter discrepantes Iuris feudalis de hac quæstione textus, (a) plerique distinguant inter feudum nouum, quod ex inuestituræ pacto ad collaterales transit, & feudum vetus siue paternum, quod semel transitum ad descendentes fecit; (b) Nos tamen, distinctione hæc penitus reiectâ, (c) adgnatos hodiè in omni feudo in infinitum vsque succedere indistinctè putamus, (d) siue vetus atque paternum fuerit feudum, siue nouum atque extraneum, id est, huiusmodi generali inuestituræ pacto à fratre acquisitum, ut in illud etiam collaterales succederent. (e)

(a) In t. namq; 26. §. si Vasallus culpam. 2. Feudorum. adgnati qui quarto sunt gradu ad feudi successionem vocantur; In t. verò. 1. §. hoc quoq; sciendum. & t. 8. §. hoc quoq; obseruatur. 1. Feudorum. adgnati ad septimum vsq; gradum admitti dicuntur. In t. deniq; 31. t. 50. in prin. vers. ex latere. & t. 52. §. satis benè, in fin. 2. Feudorum. feudum dicitur ad adgnatos pertinere in infinitum. (b) & in feudum nouum adgnatos succedere scribant ad quartum vsq; gradum Iure antiquo, & ad gradum vsq; 7. Iure nouo, d. t. 26. §. si Vasallus. 2. Feudorum. d. t. 1. §. hoc quoq;. & t. 8. §. hoc quoq;. 1. Feudor. In feudum autem vetus siue paternum in infinitum, d. t. 31. t. 50. & 52. 2. Feudorum. Quam distinctionem etiam in Camera Imperiali adprobatam esse Mynsing. testatur, C. 2. obseru. 95. & And. Gail. lib. 2. obseru. 150. (c) Siquidem allegati Iuris feudalis textus, quos de nouo feudo accipi debere scribunt, de

ff 2 feudo

feudo loquantur non nouo, sed paterno, Quantum enim I. ad textum t. 8. §. hoc quoq. 1. Feudor. quod iste agat de feudo paterno, arguit subiecta ibid. hæc ratio, hoc idem, quia postea non vocatur feudum paternum. Quod deinde t. 26. §. si Vasallus. 2. F. similiter conceptus sit de feudo paterno, patet ex verbis ibidem subiectis hisce, &c. dummodò ad eos pertineat, Quo loco, cum simpliciter Ic. dicat, (dummodò ad eos pertineat) magno id argumento est, ibidem agi de feudo paterno, quod ad agnatos regulariter pertinet, non etiam feudum nouum, nisi Inuestituræ pacto id specialiter fuerit cautum; Idq. maxime, quia locus ille eiusdem est argumenti, cum t. 31. lib. eod. cuius sermo est de feudo tantum paterno, vs testantur ibid. verba hæc, &c. remoti ab eo qui id adquisiuit. Quod deniq. in textu t. 1. §. hoc quoq. 1. F. disertè tractetur de feudo paterno, non de nouo feudo, arguunt similiter hæc istius loci verba, vltra fratres patruelles, quales. F. Iure sunt primi Inuestiti nepotes & pronepotes, t. 50. §. paternum. 2. Feudor. Cum enim Ic. ibid. 1. mentionem faciant patruelium, quia à primo Inuestito, si illius pronepotes fuerint, distant gradu quarto, & ostendat, quod ex vsu antiquo vltra hos adgnati à latere venientes non succedant in feudis; Deinde verò subiiciat, moderno tempore, id est, nouo Iure successionem feudalem collateralium porrectam esse ad gradum vsq. 7. atq. idem sermo sit t. 8. §. hoc quoq. 1. Feudor. Qui tamen expressè agit de feudo paterno, dubium est nullum, quin. d. §. hoc quoq. sciendum, Ic. feudista de feudo paterno tractet non de feudo nouo, idq. cum primis, arg. precedentium §§. S. cum verò Conradus. vers. vt frater fratri & §. hoc autem notandum. vers. similiter & earum filij. Quamuis enim primitus adgnati nequidem ad paterni feudi successionem admittebantur, deinde tamen effectum est 1. vt frater fratri in eius feudum paternum succederet, d. t. 1. §. cum verò Conradus. vers. & vt frater fratri. 1. Feudor. & postea, vt collateralium successio in feudum paternum extenderetur ad gradum vsq. quartum, & successu temporis ad gradum septimum. d. t. 1. §. hoc quoq. sciendum. & d. t. 8. §. hoc quoq. obseruatur. 1. Feudor. donec tandem adgnatis in infinitum vsq. successio in feudum paternum fuit delata, d. t. 31. & t. 50. in prin. vers. ex latere. & t. 52. §. satis benè. 2. Feudor. Idq. probabiliter ex hac ratione, Quia in feudo paterno collaterales non proximo defuncto propriè, sed primo Inuestito tanquam liberi suo parenti succedere videntur, t. 14. §. si capitanei. vers. si verò vnus. 1. F. Ideoq. in infinitum t. 50. in pr. 2. F. t. 1. §. hoc quoq. sciendum. 1. Feudor. Sed refragari videtur. d. t. 1. §. hoc quoq. sciendum. 1. Feudor. & t. 52. §. satis benè. in fin. 2. Feudor. Vbi priori loco
ad gra-

ad gradum septimum & posteriori in infinitum adgnati succedere dicuntur, item illud, quod l. Ciu. collateralibus, tantum ad 10. vsq. gradum collateralibus suis in allodio succedunt, S. hoc quoq. inst. de success. cognat. vt mirum videri non debeat, l. F. vtpote strictiori, successionem collateralium ad septimum tantum gradum porrigi, quo maximè fundamento nititur Paris. cons. 23. in fin. vers. 1. (e) Etsi enim interpretes velint, in feudum nouum collaterales tantum ad gradum vsq. 7. succedere, nil tamen hâc in parte eorum opinioni deferendum esse supra fuit ostensum, tum quod l. etiam Ciu. ijdem in allodio succedunt in infinitum, S. ceterum inst. de legit. adgn. success. & S. vlt. ibi. etiamsi longissimo gradu sit, vbi Egvv. Baro. inst. de seru. cognat. id Baro ad t. 1. S. hoc quoq. notandum. l. F. & Vvesemb. ad S. hoc quoq. inst. de success. cognat. n. 4. quod contrario feudali iure nullibi mutatum esse reperitur, tum etiam quia paciscendo & contrahendo quibuscunq. suis quiuis heredibus consuleri & prospicere presumitur, l. si pactum. 9. ff. de probat. l. sicut. 8. S. si debitori. ff. quib. mod. pig. solu. l. veteris C. de contrah. stipul.

XXXIII.

Et hætenus de feudi successione legitimâ; sequitur vt paucis agamus de feudi successione testamentariâ: Quæ & si regulariter locum in feudis sibi non vendicet, in tantum, vt neque Vasallus cum domini consensu, in præiudicium adgnatorum de feudo testari, neque pater testamento filios suos inæqualiter instituere possit, etiamsi feudum fuerit nouum (b) vel francum & ab omnibus seruitijs liberum, (c) certis tamen & ipso feudorum Iure specialiter expressis casibus, Vasallo testari de feudo permittitur, si scilicet feudum vel sit absolutè hæreditarium, (d) vel inuestituræ pacto primo acquirenti & quibuscunq. illius hæredibus, siue quibus ille dederit, feudum fuerit concessum, (e) vel denique Vasalli testamentum, tum domini, tum legitimorum feudi successorum consensu sit ordinatum. (f)

a) textus expressus in t. 8. in pr. t. 1. S. & quia vidimus, ibi ad omnes æqualiter veniat. l. F. Clar. in S. feudum q. 40. n. 5. Henning Gæden. cons. 16. n. 28. & cons. 19. n. 9. cons. 21. n. 7. & cons. 23. n. 4. vnde nihil obstante testamentariâ istiusmodi dispositione, post mortem Vasalli testatoris, filij & adgnati feudum illius sibi vendicare possunt, Ias. cons. 168. n. 10. vol. 4. Alex. cons. 15. vol. 5. Hotom. cons. 31. n. 14. (b) de quo feudo patrem testari posse, etiam absq. domini consensu, si de eo testetur inter liberos, cum domini autem voluntate, si illud testamento relinquat extraneo, Dd. autumant, quos longâ serie

refert & sequitur Schrad. tr. F. part. 7. cap. 7. num. 19. Clar. d. quest. 40. num. 6. Borcholt. de F. cap. 7. part. 2. num. 5. Hart. Pist. lib. 2. q. 4. n. 44. & seqq. Quam opinionem erroneam esse, sequentia satis arguunt; l. enim cum in negocijs & questionibus iuris nihil sine lege affirmandum sit, Nou. 8. cap. 5. l. illam 19. C. de collat. nulla autem lex feudalis extet, qua patri Vasallo tribuat ius testandi de feudo nouo, haud temerè id sine lege affirmari debet. Deindè quia generaliter placitum F. cauetur, quod Vasallus neque nouum neque vetus feudum alienare possit, tit. 13. 1. F. tit. 24. §. denique vers. si Vasallus, & tit. 55. in princ. 2. F. nullà habitâ distinctione, siue nouum fuerit feudum siue vetus atque paternum, neque nos inter has feudi species distinguere debemus, l. 3. in fin. ff. de offic. praesid. Adhuc cum de feudo paterno Vasallus in praiudicium adgnatorum testari nequeat, eò, quòd adgnati non vt adgnati, sed tanquam filij primi adquirentis in feudum illud succedant, tit. 11. §. his verò deficientibus. vers. quòd ita intelligendum, & tit. 50. §. paternum autem. 2. F. neque pater testari poterit de feudo nouo, in praiudicium filiorum suorum feudi successorum, cum maximè maiori fauore liberi gaudere debeant quam adgnati, quippè quòd filij etiam adgnati in feudum nouum succedant, tit. 1. §. cum verò vers. sin autem vnus, tit. 8. §. vlt. tit. 20. 1. F. tit. 12. 2. F. Denique quia nemini inuito ius suum auferri debet, l. 9. in princ. ff. de Liber. caus. l. iustitia 10. ff. de Iust. & Iur. §. iuris praecepta. Inst. d. tit. Neque poterit pater feudum nouum, quòd ex beneficio domini concedentis ad filios etiam primi adquirentis pertinet, tit. 1. §. & quia vidimus. 1. F. t. 23. 2. F. filijs suis testamento adimere & ad alium transferre, & hanc de nouo feudo negatam sententiam defendunt post alios Socin. cons. 72. n. 35. & cons. 160. n. 44. lib. 4. Sons. ad vs. F. p. 13. n. 112. Sed obst. quòd pater cui volet ex filijs libertum assignare possit, etiamsi patronatus ius alioquin ad omnes filios transeat l. 7. §. si liberi. ff. de oper. libert. quodq; de matre dicitur, qua ad secundas nuptias transijt, eam posse vni ex liberis relinquere prioris matrimonij lucrum, licet illud ad omnes liberos pertineat, l. 3. C. de secund. nupt. Quodq; patri (qui quòd filijs acquirit, id eis donare videtur, l. 32. §. cum hic status. ff. de don. int. vir. & vx. l. si. donatione. 13. vers. nam si is. C. de collat.) donationem in filium collatam liberè reuocare liceat, & iterum auferre quòd ipsius beneficio ei prius fuit adquisitum, arg. l. 3. ff. de seru. export. l. qui Romæ. 22. §. Flauius. ff. de verb. oblig. & denique, quòd ex notissimâ iuris regulâ non possit heres impugnare voluntatem defuncti, l. ex qua. 149. ff. de R. I. l. cum à matre. 14. C. de R. V. l. 3. & l. si fundum. 5. C. de reb. alien. non alien.

alien. l. 14. C. de euct. l. 7. C. de liber. caus. l. 22. ff. de pig. & hypothec. & consequenter neque filius patris ordinationem de feudo factam. (c) ita contra Bald. in Auth. nisi rogati. C. ad Senatusconsultum Trebell. & Rol. à Valle. cons. 7. num. 33. vol. 1. cons. 10. num. 30. vol. 3. ostendit & docet Io. Borcholt. de feud. cap. 7. part. 2. num. 7. hoc argumento, quòd neq; feudum francum alienari possit, vt idem probat. cap. 8. num. 83. (d) hoc enim casus patrem vni filiorum rectè feudum suum testamento relinquere existimans Clar. lib. 4. sent. §. feudum. q. 40. num. 2. & alij quos refert & sequitur Hart. Pist. d. lib. 2. quest. iur. q. 1. num. 61. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 154. num. 13. Feudum enim hereditarium iure hereditario aestimatur, & habetur vt res allodialis siue hereditaria, per notata sup. (e) Huiusmodi enim pacto si datum fuerit feudum, licitè potest à Vasallo quouis modo alienari, text. express. in tit. 48. 2. F. Borcholt. d. cap. 8. num. 76. proindeque etiam testamento ad alium transferri, l. si quis. 8. S. vlt. C. de secundis nupt. tit. inst. de Leg. Fus. Can. toll. Ita sentiunt. Rol. à Vall. cons. 3. num. 11. vol. 1. cons. 71. num. 6. cons. 79. num. 30. vol. 2. cons. 16. vol. 3. cons. 34. num. 84. & cons. 84. num. 19. vol. 4. Borch. de feud. cap. 7. part. 2. num. 6. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 12. Clar. d. §. feudum. quest. 9. num. 2. (f) arg. tit. 39. 2. F. & tit. 5. 1. F. Sicut autem his casibus si testetur Vasallus de feudo, testamentaria etiam successioni in feudo locus est; ita viceuersà si testator extra hos casus testamentum de feudo suo faciat, ne quidem aestimatio feudi debetur his, quibus id testamento relictum est, l. multum interest. 34. de verb. oblig. l. cum seruus. 39. ff. de Leg. 1. l. 5. C. de LL.

XXXV.

Exposito hucusq; Iure successionis feudalis tam legitimæ quàm testamentariæ, perutiles simul & difficiles aliquot quæstiones, ad feudi successionem quæ pertinent, se nobis offerunt, quas ordine, coronidis loco, examinabimus; ex quibus prima hæc, an, & quatenus feudi successor, de mortui Vasalli hæreditatem allodiam repudiare, feudum autem ab eodem relictum retinere possit? Pro cuius quæstionis resolutione distinguimus inter filium defuncti Vasalli, & eiusdem adgnatum: Filium namque repudiatâ hæreditate paternâ feudum retinere posse negamus, (a) siue hæreditarium illud fuerit, siue ex pacto & prouidentia, (b) Adgnatum autem bona feudalia ab allodijs separare, & allodia repudiare, feudum verò suo Iure retinere posse statuimus, modò illud non fuerit hereditarium. (c)

a) textus.

a) *textus in tit. 45. & t. 51. §. filius. 2. F. Quæ autem sit eius differentie ratio inter filium & adgnatos, veteres quidem interpretes non explicant, recentiores autem variant; Cuiac. ad t. 54. lib. 4. F. hanc illius discriminis adfert rationem, quòd filius feudum non modò nouum, sed & paternum (id est, ab auo vel proauo acquisitum) capere videatur non ab ipso auo vel proauo, sed à patre suo tanquam heres illius, vt proindè ab hereditate feudum, quòd illius q. pars est, separare nequeat, siquidem hereditas pro parte adiri & pro parte repudiari non possit, l. 1. de adq. hered. & iniquum sit, patrem, cuius beneficio filius feudum capit, ab ipso filio affici iniuriâ, per repudiationem hereditatis ab ipso relicta, arg. l. 6. ff. de interrog. in iur. fac. Quæ ratio planè cessat in adgnatis, quippe qui succedentes in feudum paternum, non tam proximè defuncto adgnato, quam primo acquirenti ex quo descendunt, succedere dicuntur, t. 14. §. si capitanei. 1. F. Quàm eandem huius differentie rationem agnoscit Hotom. ad t. 45. in verb. vbi verò filij. 2. F. Verum enim uerò, cum etiam filius paternum feudum, non tam patris proximè defuncti, quàm 1. acquirentis & domini concedentis beneficio adquirat, d. t. 14. §. si capitanei 1. F. vnde pater feudum filijs adimere, & alteri largiri nequit, t. 8. in pr. eod. prædictam rationem minimè sufficientem, & probabiliorem illius differentie rationem hanc esse putamus, quàm tradit Somb. ad vs. F. p. 9. n. 161. Quòd scilicet filius honorem patris strictius defendere tenetur quam adgnatus, eò, quòd suum esse à patre habeat, eadem cum illo sit persona, l. vlt. C. de Imp. subst. in quem pater maius ius habet quam in adgnatos, arg. §. sed sui quidem vers. necessarij verò inst. de her. qual. & diff. vnde humaniter constitutum, ne filius possit repudiare patris hereditatem, & capere duntaxat feudum, vt sc. ignominiâ liberetur pater, quâ afficeretur, si eius hereditatem à filio repudiatam creditores venderent, §. 1. vers. valdè enim inst. quibus ex causis man. non lic. l. 23. ff. quod in fraud. credit. sed obstare videtur huic distinctioni, quòd filius ea quæ iure singulari habet, capere & hereditatem omittere possit; sic ius patronatus manet penes filium patroni, quamuis ille hereditatem ex fideicommissio restituat, l. si patroni. 55. ff. ad Senatusconsultum Trebell. l. si operarum. 29. ff. de oper. libert. l. filij. 9. ff. de iur. patron. ius quoq; sepulchri filius retinet, licet hereditate paternâ abstineat, l. 6. ff. de relig. & sumpt. fun. l. pen. de sepulch. viol. l. 42. ad Senatusconsultum Trebell. l. 20. §. vlt. de adq. hered. Filius deniq; capere eam potest rem, quam auus in familiâ manere iussit, etsi patris hereditate per exheredationem priuetur, l. filiusfam. 114. §. cum pater ff. de Leg. 1. vnde consequenter videtur dicendum, integrum esse filijs, feudum quòd ad ipsos 1. singulari pertinet, & ab hereditate patris allodiali separatum est, repudiatâ*

pndiat à hereditate paternâ retinere. Refragari item videtur & illud, quòd
 cum hereditas ex parte adiri, & ex parte repudiari non possit, l. 1 ff. de adq.
 hered. non magis adgnatus quàm filius ius repudiandi hereditatem allodialem
 habeat. (b) Etsi enim non leuis censuræ authores existiment, distinctionem inter
 filium & adgnatos, sub d. t. 45. & t. 51. propositam, de feudo hereditario accipi-
 endam esse, inter quos est etiam D. Myns. C. 3. obs. 67. Gail. lib. 2. obs. 154. Bor. ad
 vs. F. c. 7. n. 94. alij verò sint, qui loca illa de feudo simpliciter, absq; mentione he-
 redum vel liberorum concessio, intelligi debere contendunt; nos tamen d. distin-
 ctionem de feudo tantum ex pacto & prouidentia exaudiendam & interpre-
 tandam esse, seqq. rationibus euincimus; Primo namq; Ic. dd. locis scribit, quòd
 possit adgnatus repudiare defuncti Vasalli hereditatem, & solum feudum reti-
 nere, quod de feudo hereditario dici nequit, per ea que tradit, H. Pist. lib. 2. q. 1.
 n. 72. & q. 14. n. 45. siquidem successionis & eiusdem effectus respectu pro re re-
 putetur hereditaria, allodiali, & parte hereditatis, per not. ad th. preced. quam
 adire, & aliam partem repudiare non licet. l. 1. & 2. de acquir. hered. De-
 indè cum feudum hereditarium sit improprium feudum, quòd naturam su-
 am (vt sit & estimatur iure hereditario) ex speciali inustitutione pacto ha-
 bet, ita Laud. & alij ad tit. 8. §. hoc quoque. 1. F. argument. 1. 1. §. cum verò
 & §. hoc quoq; 1. F. Camerar. ad tit. 55. §. praterca Ducatus. 2. F. p. 774.
 & 787. Gail. obs. 154. n. 7. lib. 2. & H. Pist. d. q. 1. n. 42. lib. 2. textus autem
 d. t. 45. & t. 51. §. filijs. 2. F. sint generales, de proprio certè feudo, cui eius-
 modi pactum adiectum non est, atq; ita de feudo ex pacto & prouidentia in-
 telligi debent, non de feudo hereditario, siquidem, vt in dubio feudum præ-
 sumitur esse proprium, tit. 2. §. vult. 2. F. l. 69. in princ. de Leg. 3. ita &
 textus generales & dubij, accipi debent de feudo proprio non hereditario,
 arg. l. 3. l. 4. l. 5. l. 8. ff. de LL. Ex quibus efficitur, præallegatos textus de
 feudo ex pacto & prouidentia accipiendos esse, vt scilicet filio, repudiatà he-
 reditate patris defuncti allodiali, illud retinere non liceat, adgnato verò hoc
 liberum sit, feudum autem hereditarium, neque filijs, neque alijs adgna-
 tis retinere concedatur, nisi reliquam simul hereditatem adeant, cum pars
 sit hereditatis, quæ in totum vel adiri vel repudiari debet. Etsi verò filius
 si feudum à patre relictum retinere velit, eiusdem etiam hereditatem
 adire sit obstrictus, si tamen defunctus Vasallus, exheredato filio feudali suc-
 cessore, alij hereditatem suam testamento dederit, & institutus ille heres he-
 reditatem adierit, filius autem exheredationi adqueuerit, feudum ex pacto
 & prouidentia retinebit, licet non sit patris heres in allodio. Vt enim filius,
 repudiatà patris hereditate, retinere solum feudum non possit, in honorem

t t

patris

patris constitutum est, ne scilicet sine herede moriatur, & bona illius cum eius ignominia publicè distrabantur, quæ ratio cum cesset, quando condito testamento alium habet heredem, & proprio quidem iudicio, cessare quoque debet ius ipsum, per hanc rationem introductum, per vulg & ea quæ in terminis docent Iacob. de Beluis. Bald. Aluarott. Frid. Schenk. ad tit. 45. 2. F. Dec. cons. 208. Ruin. cons. 17. n. 11. & cons. 149. num. 8. vol. 1. quos sequitur. H. Pist. d. lib. 2. quæst. 2. num. 40. Quod etsi interpretes extendant etiam ad filium testamento patris præteritum, si is factæ præteritioni adqueuerit, item ad casum, quo patris hereditas multo ære alieno grauata, vel planè exhausta est, vt his etiam casibus repudiatâ patris hereditate filius feudum retinere possit, erroris tamen vel hinc satis conuincuntur; Quod eo casu, quo pater Vasallus filiumfam. præterijt, non instituto alio filio aut legitimo herede, sed extraneo, testamentum ipso iure nullum est, & filius præteritus, legitimus patris existit, l. 1. ff. de iniust. rupt. irrit. test. l. 30. ff. de Lib. & Post. l. 1. ff. de suis & legit. cum viceuersâ priori casu, quo pater filium exheredauit, & is exheredationi adqueuit, testamentum rarsum manet, l. 8. l. si conditioni. l. 17. l. si proponas. 23. S. vlt. ff. de inoff. test. l. si quis. 34. in fin. & l. si quando. 35. S. generaliter. C. d. t. Casu vero illo, quo pater nihil in bonis reliquit, filius hereditatem ipsius idcirco repudiare nequit, quod hoc expressè idè constitutum sit, vt pater Vasallus certum successorem habeat, qui æs alienum creditoribus dissoluat, d. tit. 45. 2. F. Quæ ratio cum æquè his etiam militet, idem etiam ius ad eundem hunc casum vires suas exerere debet, ne id quod ad obligandum est introductum, ad liberandum trahatur, contra l. qui hominem. 34. S. pen. ff. de solut. l. cum is. 32. in princ. ff. de cond. indeb. & id quod ad vnum effectum est inuentum, operetur contrarium, contra l. 14. ff. de adim. legat.

XXXVI.

Ex iam dictis subsequenti etiam quæstionis resolutio dependet, an Vasallus, feudi successor, æs alienum à defuncto Vasallo contractum, exsoluere sit obstrictus? vt scilicet æquè filius indistinctè, si feudum paternum obtinere velit, patri de reliqua hereditate allodiali succedere, & consequenter illius debita exsoluere teneatur, (a) quamuis inuentarium desuper confecerit; (b) Adgnatus autem feudum quidem paternum, si sit ex pacto & prouidentia, retinere, & allodiale hereditatem reliquam repudiare possit, & proindè nec debitum defuncti hereditarium soluere cogatur. (c)

a) textus

a) textus expressus in d. tit. 45. 2. F. (b) vt contra quosdam huius limitationis authores & patronos, quos citat, rectè defendit H. Pist. d. q. 2. num. 45. Vult. de F. lib. 1. c. 9. n. 115. et si enim inuentarij confectione heredem à damno hereditario liberet. l. communi, l. vlt. C. de iur. delib. diuersum tamen est de iure F. quo disponitur, vt si filius feudum retinere velit, etiam damnosam patris hereditatem adire, & omne as alienum à patre contractum exsoluere teneatur, d. t. 43. 2. F. Adhuc, cum ibid. in §. vbi verò vnicus, solummodò casus sit exceptus, quo ab istiusmodi onere filius releuatur, & defuncti patris debitum exsoluere non tenetur, quando scilicet adgnatorum consensu à domino inuestitur q. de nouo feudo, reliquos omnes casus includi, & d. regulam in casibus non exceptis omnibus & singulis confirmari certissimum est, l. 12. §. idem resp. vers. denique. ff. de instr. vel instr. leg. Nou. 7. cap. 2. Dec. ad l. 1. de Reg. iur. num. 20. & ibidem Cagnol. num. 31. Denique cum finis dispositionis d. tit. 45. hic sit, vt pater ignominia liberetur, & honor illius conseruetur per filium soluentem as alienum ab eo contractum, is certè tolleretur, si inuentarij confectione filius hinc se eximere posset; quodque vnà vià foret prohibitum, esset permissum per aliam, contra leg. 7. §. fin. ff. qui & à quibus manumiss. lib. non fiant (c) d. tit. 45. 2. F. Ad quod tamen obligatur adgnatus, si feudum, in quod succedit, fuerit hereditarium. Myns. C. 5. obseru. 67. Gail. lib. 2. obseru. 154. Schrad. de F. part. 7. cap. 7. num. 33. vel si sit quidem feudum ex pacto & prouidentia, sed tempore mortis Vasalli fructus feudalitij extent, ex illis enim defuncti Vasalli creditoribus satisfacere obstringitur, tit. 45. in prin. vers. sed in fructibus. 2. F.

XXXVII.

Similiter & II. in dubium vocatur, an feudum liberis imputetur in legitimam? Et quamuis iterum ex Interpretibus quidam distinguant inter feudum nouum, & vetus feudum, (a) nos tamen hisce non obstantibus, indistinctè in legitimam feudum imputari dicimus, si fuerit hereditarium, nunquam autem si sit ex pacto & prouidentia.

a) Iac. Thoming. q. 2. n. 12. & alij, quos longà serie refert H. Pist. lib. 2. q. 38. n. 6. & post eum Vult. lib. 1. c. 9. n. 116. qui indifferentè feudum nouum in legitimam imputari volunt, etiam si fuerit ex pacto & prouidentia, tum quod militia, cuius quoddam genus feudum esse dicunt, in legitimam imputetur, l. 30. §. imputari. C. de inoff. test. tum quòd eiusmodi feudum, vt contractus patris questum, obtineat instar peculij profectitij, arg. l. profectitia. l. 5. in pr.

tt 2

ff. de

ff. de iur. dot. cuiusmodi peculium, ut omnia reliqua, quæ patris contemplatione conceduntur, in legitimam imputantur l. filia. 18. C. Fam. Ercisc. (b) certi etenim & indubitati iuris est, quòd pater Vasallus feudum filijs suis absq; vll. ordinatione liberum tenetur relinquere, t. express. in t. 8. in pr. 1. F. qui locus cum generaliter loquatur, certè etiam de feudo nouo intelligi debet, per l. si seruitus. 23. vbi Dd. ff. de seru. vrb. præd. l. semper. 147. d. Reg. Iur. & vulgatum illud theorema; quòd vbi ius non distinguat, neque nos distinguere debeamus, l. 3. in fin. ff. de offic. præsid. Adhæc, cum in legitimam imputentur, quæ ex propriâ patris substantiâ & patrimonio proueniunt, l. 29. C. de inoff. test. feudum ex pacto & prouidentiâ, etiamsi nouum fuerit, in legitimam non imputabitur, cum non sit de propriâ patris substantiâ, sed ab eâ in lib. F. separetur, vt arguit text. tit. 42. 2. F. & domini concedentis beneficio, legis quæ feudistica dispositione, filijs primi inuestiti acquiratur, text. express. tit. 1. S. & quia vidimus, vers. sic progressum est. 1. F. tit. 23. in fin. tit. 18. 2. F. & probat Ang. Cuman. Castrens. ad l. si patroni. 55. ff. ad Senatusconsultum Trebell. Bald. cons. 110. lib. 5. & alij quos citat H. Pistor. d. quæst. 38. num. 4. & D. Vult. d. cap. 9. num. 116. (c) feudum enim hereditarium filius habere nequit, nisi simul patris heres fiat, per deducta superioris, vnde in legitimam imputatur, siue antiquum sit, siue nouum fuerit, vt docent interpretes vno ore omnes, sicuti scribit id. Thoming. d. q. 2. n. 10. & H. Pistor. d. q. 38. n. 3.

XXXVIII.

Nec minus controuertitur & illud, an filiabus defuncti Vasalli, quamuis in feudum non succedant, ex ipso tamen feudo legitima præstari debeat? Circa quam quæstionem, etsi iterum nonnulli ex Dd. distinguant, inter feudum ex pacto & prouidentiâ & feudum hereditarium; (a) Nos tamen æquè illud indistinctè negandum esse deducimus. (b) Excepto casu, quo nouum feudum patris pecuniâ fuit emtum; tunc etenim ex feudi illius æstimatione, legitimam filiabus esse præstandam, feudo penes fratres remanente, vt de iure verius, ita æquius esse statuimus. (c)

a) Vt scilicet ex feudo si sit ex pacto & prouidentiâ nunquam debeatur legitima, siue vetus fuerit siue nouum; sin sit feudum hereditarium, ex illius æstimatione filiabus legitima sit præstanda, ita post alios docent Bursat. consil. 132. num. 30. & 31. Thoming. decis. 2. num. 14. (b) cum enim legitima illis tantùm sit præstanda, qui ab intestato succedunt, non alijs,
l. 6.

l. 6. §. si quis. D. de Inoff. test. l. cum queritur. 6. & l. parentibus. 8. C. d. t. l. 2. l. si mater. 17. C. de Inoff. donat. l. 4. vers. cum enim. C. de lib. prater. l. cum ex filio. 39. D. de vulg. & pup. & filia neq; ad hereditarij, neq; ad feudi ex pacto & providentiã successionem admittantur, consequens est, ex nullo horum legitimam ipsis deberi, Ita contra Thoming. docet H. Pist. d. qua. 38. num. 35. & seqq. vbi Abbatis & Capucij authoritates pro hac conclusione adducit, & varijs argumentis in contrarium à Bursat. & Toming. adductis prolixè Resp. (c) legitima enim debetur liberis ex propriã substantiã defuncti patris, Nou. 1. in pr. §. primum itaq; & Nou. 18. c. 1. vers. si verò ultra. l. quoniam. 29. in fin. & l. scimus. 36. in pr. vers. repletionem. C. de Inoff. testam. Cum ergò estimatio siue pretium empti feudi sit substantia defuncti patris, æquum certè & iustum erit, ut ex feudi emti estimatione filiabus legitima prestetur, & iniquum foret admodum, priuari filias legitimã, eò, quod pater substantiam suam, ex quã legitima ipsis debebatur, in emtionem feudi conuertit. Facit hoc cum primis, quod licet extraneo alicui, vel vni ex liberis parens vniuersa bona inter vivos donauerit, reliquis tamen liberis legitima salua manet, l. 1. 2. & t. 1. C. de Inoff. donat. Vnde etiam, quando pater totam suam substantiam pro feudi emtione erogat, atq; itã vniuersum patrimonium in solos filios per donationem confert, salua manere debet filiabus legitima, arg. l. cum hic status. 32. §. 1. D. de donat. int. vir. & vx. pro qua sententia Thoming. Bart. & aliorum authoritates allegat, licet eandem reijciat H. Pistor. d. qua. 38. num. 45. & Collegij cuiusdam Iuridici responsum in contrarium ibid. adducat. Sed quid dicendum de eò casu, quo pater sua pecuniã filio feudum & emit, & tradidit, nihilominus autem filia legitimam saluam & integram habent, An similiter feudi illius estimatione sororibus suis, in feudum nõ succedentibus frater, conferre sit obstrictus? Et hoc casu negatiuam de Iure veriore esse indubitanter asserimus: Quando enim pater pro filio suo, quẽ in potestate haberet, prædium vel aliam rem proprijs suis nummis comparat, simplicem donationem in. Cum confert, tum hic status 32. §. 1. de donat. int. vir. & vx. l. filia. 18. C. Fam. Ercis. Quia autem simplicem patris donationem (quæ morte ipsius hodiè confirmatur ex Iust. constitutione in l. donationes. C. de donat. int. vir. & vx.) filius præcipuam habet, quam conferre non tenetur, l. pen. §. ult. C. de collat. Neq; etiam filius estimationem feudi patris pecuniã emti, sibiq; traditi, sororibus suis in diuisione conferre tenebitur, ut probant post alios Matth. de Afflict. ad t. 55. 2. F. §. præterea Ducatus. Diss. tamen Dd. communiter quos refert & sequitur Schrad. de F. p. 7. c. 5. num. 45. V. Vurms. lib. pr. obseru. t. 50. obs. 9. qui huiusmodi feudi estimationem à fratribus conferendam esse scribunt. Cum autem filius non teneatur eon-

ferre estimationem feudi à patre emti sibiq; traditi, multò minùs conferre tenetur feudum paternum siue antiquum, vt post Bart. in l. 1. §. nec Castrense. D. de collat. bon. sentit VVurms. d. obseru. 9. aut feudum nouum beneficio domini concedentis adquisitum, siquidem bona tantum profectitia conferri debeant, l. 3. & 4. l. filia. 12. l. 16. 17. & vlt. C. de collat. & quicquid patri ita datum est, vt post eius mortem ad filium transeat, exemptum sit à collationis necessitate, l. 1. §. si ab ipso. l. 2. §. id quoq; D. de collation.

XXXIX.

Est & IV. illa vtilis multumq; notabilis quæstio, an filius vniuersali fideicommissio grauatus, feudum etiam, à patre relictum fideicommissario restituere cogatur? Quod de feudo quidem hereditario, (vt scilicet restitutioni subiaceat) affirmandum (a) de feudo autem ex pacto & prouidentia viceuersa negandum esse putamus. (b)

(a) quia estimatur Iure hereditario, de quo rectè pater testatur per alleg. ad. 1b. preced. 83. lit. d. (b) Siquidem nulla ordinatio in hoc feudo valeat. r. in t. 8 in pr. 1. F. Et licet non desint ex Dd. qui hoc feudum à filio restitui debere contendunt, si relictum sit per fideicommissum vni ex successoribus feudalibus, eam tamen sententiam reprobat & refutat Clar. lib. 3. sent. §. feudum. qua. 85. num. 3. Graß. in §. fideicommissum. qua. 50. siquidem pater ne quidem vni ex filiis feudum adimere, & alteri filio, quantumuis successori feudali, largiri possit. d. t. 8. in pr. 1. F.

XL.

Haud ineptè hoc loco & V. tractari potest anceps hæc quæstio, an etiam ius accrescendi in feudis locum habeat? In quâ quæstione explicandâ distinguimus inter feudum nouum, quod duobus vel pluribus coniunctim est datum à domino, & inter aliud quodcunq; feudum, quod successione pluribus obuenit, siue nouum siue vetus illud fuerit.

De hac quæstione vide quæ latè scribunt post alios, Curt. Iun. tr. F. p. 2. qua. vlt. num. 70. & seqq. Clar. lib. 4. sent. §. feudum. qua. 77. Schrad. tr. F. p. 7. 6. 1. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. num. 119.

XLI.

Quòd si namque duobus vel pluribus coniunctim nouum feudum, etiam ab Imperatore concessum fuerit, horum vno deficiente sine liberis, pars illius cæteris non adcrefcit, sed ad dominum reuertitur, (a) nisi ita sit concessum, vt singuli id haberent in solidum, vel vt vno absque herede masculino mortuo, pars illius ad alterum perti-

pertineat; vel denique vni fratrum simul habitantium, dominus acceptâ communi pecuniâ feudum vtriusque nomine promiserit, sciens & fratrum & pecuniæ illius conditionem: (d) His enim casibus vno deficiente, portio illius iure ad crescendi, vel, vt volunt, non decrescendi iure ad coniunctos pertinet.

(a) *text. express. in t. 1. §. cum verò Conradus. vers. quod si communiter t. 14. §. si duo fratres. 1. F. t. 12. in pr. 2. F. Et quamuis contrarium defendant Dd. communiter in feudo nouo, (quod ab Imperatore coniunctim duobus est datum) in quo iuri accrescendi locum esse, & deficientis Vasalli portionem ad ceteros pertinere contendunt, Clar. qua. 77. num. 2. & 3. Euerh. in Topic. loco à contrario sensu, n. 28. Schrad. d. c. 1. num. 11. qui suam hanc opinionem satis muniri autumant textul. un. C. Si liberalit. Imp. socius, &c. Vbi Imp. refer. vno ex his, quibus communiter quid ab Imperatore donatum est, sine herede mortuo, ad consortem illius, deficientis partem pertinere, Item per l. 3. D. de Const. Princip. vbi dicitur, quod beneficia Imp. quàm plenissimè interpretari debeamus: Contrariam tamen sententiam Iuri Feud. magis consonam esse apertè satis arguunt textus prius allegati, quibus generaliter disponitur, portionem feudi noui, coniunctim duobus concessi, si vnus horum deficiat, alteri socio non ad crescere, neq; distinguitur inter Principem & quemuis alium feudum concedentem, eamq; sententiam ex Interpretibus defendunt Aluarott. ad t. 20. num. 9. 1. F. & post Cur. & Salic. in l. vn. C. Quan. non pet. part. 1. as. in l. si mihi. 110. num. 7. de verb. obl. Molin. in addit. ad Alex. cons. 20. num. 8. vol. 1. Soaret. in thes. recept. sent. Lit. F. num. 68. (b) arg. l. 1. §. interdum. D. de vsufr. accres. Vbi quod de vsufructu dicitur, ad feudum etiam, quod est instar vsufructus, porrigi debet, t. 23. in fin. 2. F. Ita docent etiam Bald. ad t. 8. 1. F. Curt. iur. de F. p. 2. c. de feud. laicor. num. 78. Clar. d. qua. 77. num. 3. Ias. p. 8. num. 27. Rosenthal. in synopsis. c. 7. conclus. 127. Duar. lib. 1. de Iur. ad cres. cap. 15. Feudum autem duobus coniunctim datum in solidum singulis concedi intelligitur, si hoc pacto constituatur siue promittatur, vt quamdiu ipsi vel eorum heredes masculi viuant, feudum illud habeant, vel vt post amborum demum mortem, nullis relictis eorum liberis, ad dominum feudum illud redeat, arg. t. 18. in fin. 2. F. vbi dicitur, quod in casu proposito, si posteaquam feudum per Investituram ambo adquisierint, vnus moriatur sine liberis, pars illius ad alterum superstitem pertineat; Quod cum receptum sit ex tali pacto in feudo adquisito, multò magis receptum videri debet in feudo ea pactione tantum promisso, necdum adquisito, Quippe quod in vsufructu, cuius instar est feudum, ius accrescendi difficiliùs locum habeat,*

post

post vsumfructum iam acquisitum & rursus amissum, quam antè eum adquisitum & amissum, l. 1. §. interdum tamen. vers. sed in vsufr. vbi gl. D. de vsufr. accres. Præpos. ad t. 18. 2. F. in pr. n. 2. Schrad. tr. F. p. 7. c. 1. n. 4. 13. & 15. vbi alios refert. Similiter feudum pluribus simul concessum, singulis in solidum conceditur, si id duobus reis stipulandi datum fuerit, §. ex huiusmodi. Inst. de duob. reis stip. l. 2. & 3. §. 1. D. de duob. reis stip. Sed obst. Quòd in vsufructu, cui feudum assimilatur, duo rei stipulandi fieri non possunt, l. si id quod. 15. D. de duob. reis constit. Deniq; si dominus in feudi constitutione dixerit; Hoc feudum concedo vobis duobus, & cuilibet vestrum; vel hoc modò, vobis omnibus & singulis; vel ita, vtriq; vestrum prædia hæc in feudum concedo, singulis illud in solidum dominus concedere præsumitur. Cum etenim dictio (cuilibet) orationem distribuatur in singulas personas in solidum, l. si pluribus. 44. in pr. de Leg. 2. l. 32. §. cum in plures. D. de Recept. qui arbitr. recep. Nomen item (singuli) distributiuum sit, & eandem vim habeat, l. si ex toto. 8. §. si ita. de Leg. 1. l. si Stichum. 16. §. 1. de verb. obl. Dicitio deniq; (VTRIQVE) eius sit natura, vt orationem solidam in singulos separatim & concessiuè conferat, l. creditor. 60. §. duobus. D. Mandati. l. rescriptum. 10. §. si pacto. vbi latè Alex. D. de Pact. l. quadam. 132. in pr. & ibid. gl. de verb. oblig. l. si duas. 6. §. secundò est. & §. vtriq;. D. de excus. tut. l. qui duos. 9. in pr. D. de Reb. dub. & arguit contraria dictio, (Neuter) quæ orationem in singulos priuatiuè confert, l. 49. §. vlt. D. de Recept. qui arbitr. recep. Omnibus hisce casibus feudum singulis in solidum concessum esse censetur, vt proindè vno deficiente, puta morte vel repudiatione, Iure ad crescendi, deficientis illius pars ad superstitem pertineat, usq; à domino totum feudum petere possit, Schrad. d. c. 1. num. 15. & 21. vbi plures refert. (c) per text. in d. t. 12. in pr. 2. F. t. 18. §. vlt. t. 14. §. vlt. 1. F. (d) Cum enim frater fratri in adquisitum eiusmodi feudum nouum succedat, t. 20. 1. F. certè etiam, si vnus fratrum ante acquisitionem illius feudi deficiat, superstiti portio illius ad crescere debet; quippè, quod (vt tactum prius) in simili ius ad crescendi facilius locum habeat, ante vsumfructum adquisitum, quam post eius acquisitionem, d. l. 1. §. interdum. vers. sed in vsufructu. vbi gl. D. de vsufr. accres. Schrad. d. c. 1. num. 24. Idem dicimus de casu, quo duobus fratribus feudum aliquod idèd fuit promissum, quoniam ambo communibus equis & armis dominum contra hostem iuuerint, per d. t. 20. in fin. 1. F. iunct. d. l. 1. d. §. & vers. D. de vsufr. accres. Quamuis diuersum statuamus, si feudum fratri in hunc finem sit promissum, vt armis & equis, quos cum fratre communes haberet, dominum iuuet, per t. d. t. 12. §. quod si cum equis. 2. F.

Sin

XLII.

Sin feudum ad plures successionis iure pertineat, (a) vno horum successorum sine masculâ prole deficiente, (b) portio illius ad ceteros qui susceperunt feudum ad crescendi iure pertinet. (c)

(a) Veluti si defunctus tres relinquat filios, qui in feudum aequaliter succedunt, t. 8. in pr. 1. Feud. Aut si Vasallus, qui paternum possedit feudum, duos vel tres adgnatos ex primo acquirente descendentes relinquat, quibus similiter omnibus succedendi ius in feudum aequaliter competit, t. 11. §. his verd. t. 45. & t. 50. §. ex latere. 2. Feud. (b) qui vel moriatur priusquam, adgnoscat feudum, vel qui repudiet ius succedendi in feudum. (c) siue succedatur in feudum ex testamento, ijs scilicet casibus, quibus testari de feudo licet (eò, quòd LL. Romanis citra controuersiam ius ad crescendi locum habeat in heredibus testamentarijs, l. vn. §. his ita. C. de cad. toll. Iuncta l. qui ex duabus. 53. §. 1. de acquir. hered. proindeq; ad heredes etiam feudales, testamento institutos, extendi debeat, arg. t. 1. §. strenuus. 2. F.) siue successio in feudum fiat ab Intestato; Nam iure communi in legitimis etiam hereditarijs ius ad crescendi locum habet, l. 9. D. de suis & legit. Item in bonorum possessionibus, vt proinde hoc commune ius ad feuda merito porrigamus, cum contrarium placitis F. non sit dispositum, d. t. 1. 2. Feudor. Idq; in specie scribit Crotus ad l. re coniuncti. 83. num. 3. de Leg. 3. & Andr. Gail. lib. 2. de pac. pub. cap. 14. num. 15. Eichard. autem cons. 6. num. 1. vol. 1. Zas. in Epit. F. p. 8. Rosenthal. in synopsi. F. c. 6. conclus. 134. Vult. de F. lib. 1. c. 9. num. 119. etsi fateantur, vacantem portionem illis ad crescere, qui in feudo succedunt, negant tamen propriè esse ius ad crescendi, quando Vasallus, legitimus feudi successor, deficientis portionem acquirit, sed illud successionis ius potius esse affirmant, eò, quòd ius ad crescendi locum tantum habeat in his, quæ testamento relicta sunt, l. vn. §. his ita. & §. hæc omnia. C. de Cad. toll. Quorum opinio manifestè refellitur, per d. l. 3. §. vlt. D. de bon. poss. & l. 9. D. de suis & legit. & per ea quæ docet Duar. lib. 1. de iur. ad cres. c. 14. & Don. lib. 7. comment. cap. 12. in pr.

XLIII.

Expositâ feudi successione legitimâ & testamentaria, paucis nunc agendum de inuestituræ renouatione, quâ vetus feudum, successione acquisitum, in personâ successoris renouatur, (a) & per eandem à succedente retinetur (b) atque recognoscitur. (c)

XLIV.

In hac autem inuestituræ renouatione consideramus, tum qui illam petere teneantur, item per quem & à quo eam petere possint, tum quando ea sit petenda, & à quo peti debeat, tum denique quæ sit illius petendæ solemnitas, quis item effectus omissionis huius inuestituræ.

- a) Sicut enim per inuestituram quæ sit de feudo nouo, feudum primò adquiretur, t. 32. §. nouam. t. 22. in princ. 1. F. sic e contra, per inuestituram de feudo veteri, adquisitum successione feudum renouatur, t. 1. in fin. t. 33. in pr. 2. F. (b) Quia namq; successor feudi per primi adquirentis, puta patris vel aui sui inuestituram in feudum succedit, tit. 14. §. si capitanei 1. F. non tam adquirere, quam feudum, prius etiam sibi per primum, inuestitum adquisitam, retinere dicitur. tit. 36. & 45. in princ. 2. F. tit. 5. in princ. 1. F. (c) l. 1. §. si quis. ff. de nou. op. nunc. & scribit Cuiac. ad. tit. 4. 2. F. Schurff. cons. 34. n. 3. C. 1. Rol. à Vall. cons. 1. n. 88. vol. 1.

XLV.

Inuestituræ renouationem petere tenentur omnes, qui in feudum succedere intendunt, (a) adeò, vt si plures sint, qui feudum susceperunt, vel qui feudum aliquod pro indiuiso possident, singuli inuestituram petere, & fidelitatem domino facere obstringantur. (b)

- a) siue filij sint defuncti Vasalli, siue fuerint eiusdem proximi adgnati, tit. 24. in prin. vers. & econuerso. tit. 23. §. de veteri autem. 2. Feud. t. 22. in prin. 1. F. (b) tit. 55. §. præterea. 2. F. & arguit disertè in tit. 26. §. omnes filij, particula (maximè) quæ eius est natura, vt casus orationi duos includat, vnum implicite, alterum explicite, & de vtroque ius idem statuatur, l. vlt. C. vnd. lib. 1. actio. 47. ff. de neg. gest. Gl. in l. illud 32. in verb. estimari. ff. ad L. Aquil. Bertach in repert. lit. M. verbo maximè. Iac. de S. Georg. tr. F. in verb. qui quidem inuestni. num. 22. p. 57. col. 1. Vvurms. lib. pract. obseru. tit. 50. obseru. 35. & Hart. ab Eppingen lib. pract. obseru. 19. in prin. Cuiac. tamen ad tit. 9. lib. 3. F. scribit feudi successores, qui indiuisum feudum possident, non teneri viritim inuestituram petere, & fidelitatem facere, sed sufficere fidelitatem vnã per text. tit. 52. §. præterea ibi, diuisi vel diuidendi. tit. 77. in extraord. cc.

Petere

XLVI.

Petere autem tenentur feudi successores inuestituram, & fidelitatem domino facere, vel ipsi & per se, vel per procuratorem (a) cum speciali mandato, domino etiam ignorante & inuito ad hoc constitutum, (b) ab ipso feudi domino, si mutetur persona Vasalli, vel à domini successore, si ipse dominus decesserit. (c)

(a) o. 1. §. Verum. t. de stat. Regular. in 6. & arguit id quod de nouâ Inuestitura disponitur, eam per procuratorem expediri posse, in t. 3. §. sed utrum ipse. & t. 58. §. item sciendum. vers. item Inuestitura. 2. Feudor. Idq; in specie docet Aluarott. ad t. 26. §. omnes filij. 2. Feud. eumq; secutus, Iac. de S. Georg. tr. F. in verb. qui quidem Inuestiti. 2. F. & H. Pist. lib. 2. quæ. 47. num. 12. (b) per allegata ad th. præced. lit. b. Quòd si plures sint feudi successores, illi omnes similiter vnum eligere possunt, qui accepto reliquorum speciali mandato feudum recognoscat, & fidelitatem domino iuret, quod Germania consuetudine receptum esse testatur Zas. in ep. Feud. p. 7. num. 10. Hart. ab Epp. d. t. 54. obs. 19. & VVurms. d. t. 50. obs. 35. (c) text. in t. 24. in pr. t. 32. §. de veteri autem. 2. Feud. t. 22. in pr. 1. F. Ratio autem cur renouatio Inuestitura peti debeat, quotiescunque domini vel Vasalli persona mutatur hæc est, ne longinquitate temporis obscuretur & dubium reddatur ius domini, arg. c. longinquitate. 12. quæ. 2. & l. plures. 19. C. de Fid. Instr. Sylu. de feud. recog. quæ. 12. Quòdq; fidelitatis iuramentum, cui præstando obstrictus est Vasallus, ad successores, (cum personale sit vinculum) non transeat, Clar. in §. feudum. quæ. 49. num. 1. VVes. de F. t. 8. num. 23. & H. Pist. lib. 2. quæ. 47. num. 1. Quòd si mortuo feudi domino plures sint illius successores, integrum est Vasallo postulare, ut ipsi successores consensu communi statuunt, cui ex illis fidelitas & seruitium præstari debeat, arg. l. opera. 23. §. 1. de oper. libert. l. 5. §. si tamen. D. Iudicat. solu. l. 3. §. quod in tutoribus. D. de administ. tut. l. quod si. 31. §. si plures. D. de edil. edict. Iac. de S. Georg. tr. F. in verb. qui quidem Inuestiti num. 28. Sonstvecc. ad vs. F. p. 11. num. 16. vers. contra verò. H. Pistor. lib. 2. quæ. 47. n. 22. Siquidem Vasallus pro vnico feudo plures dominos habere non cogatur, text. in t. 55. §. præterea Ducatus. 2. F. & facit. l. 2. de exercit. act. & ea quæ eleganter admodum in hanc sententiam scribit. Fr. Schenck. ad t. 26. §. omnes filij. 2. F.

XLVII.

Deinde petenda est inuestituræ renouatio intra tempus iure præfinitum, & quidem à pagano intra annum & diem, (a) à milite

uu 2

verò

verò intra annum & mensem, (b) à tempore quo Vasallus mortem domini, vel mortem Vasalli heredes illius cognitam habuerint, computandos. (c)

(a) t. 24. in pr. t. 40. in pr. t. 52. §. vlt. t. 55. in pr. vers. præterea si quis. 2. F. (b) t. 22. in pr. 1. F. Iac. de Belui. & Aluarott. ad t. 24. & ad t. 40. 2. Feud. Zas. in epit. F. p. 7. num. 1. Sonsbecc. de F. p. 11. num. 7. Clar. d. §. feudum. qua. 49. num. 2. H. ab Epp. d. t. 54. de feud. obseru. 12. Myns. C. 5. obs. 9. in pr. V Ves. de F. c. 8. num. 3. Cuiac. tamen ad t. 21. lib. 1. F. & Hotom. ad t. 22. in pr. corrigunt ibid. text. & pro verbis (annum & mensem) legendum esse scribunt, annum & diem; Verum enimverò cum non omnis Vasallus miles sit, ut arguit d. t. 21. & 22. 2. F. & apparet ex eo, quòd clericus etiam & fœmina feuda habere possint, qui tamen ad obeunda militia munera planè inhabiles sunt, & aliàs haud rarò milites fauore dignos Iura iudicent, l. 1. & t. 1. D. C. & Inst. de test. milit. l. vlt. in pr. C. de Iur. delib. l. milites. 8. C. de quæstion. distinctionem illam inter paganum & militem, communi interpretum calculo receptam, lubenter admittimus, maximè cum etiam textus d. t. 22. in pr. 1. Feud. non de omni agat Vasallo, sed tantùm de Vasallo milite, quippe quòd constitutio Lotharij Imp. qua incipit à t. 19. lib. eod. & cuius pars quedam est d. t. 22. tota sit de milite Vasallo, ut probat Rub. & inscriptio eiusdem. (c) per t. t. 24. in pr. & t. 40. in pr. 2. F. Id quòd & Iuris civilis ratione aquisitum est, per l. 2. D. Quis ord. in bon. poss. seru. l. 2. C. Qui admitt. ad bon. poss. quòd si igitur vel Vasallus ignoret subtractum esse ab hoc luce feudi dominum, vel Vasalli mortem ipsius heredes feudi successores ignorauerint, nihil eis isthac ignorantia periculi creat, arg. t. 9. §. donare. vers. porrò. 2. F. l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. l. 2. in pr. vers. ceterum. D. quis ord. in bon. poss. seru. l. etsi 8. de administ. tut. Hart. ab Epp. d. t. 54. obs. 11. & And. Gail. lib. 2. obs. 18. num. 8. Myns. C. 5. obs. 9. num. 5. Sed an dominus tempus hoc legitimum, Iure præscriptum, dissentiente Vasallo, arctare & constringere, vel idem illud inuito Vasallo prorogare possit, quaeritur? Et verius est, id minimè licere domino, tum quòd dilatio ex causa alicui concessa, inuito auferrì non possit, l. 2. l. 4. §. si quis. D. de Re. iudic. l. adulter. 5. C. ad l. lul. de adult. & debitum in diem, ab inuito debitore ante diem exigì nequeat, l. eum qui 41. §. quoties. & l. seq. l. quoties. 59. de verb. obl. §. omnis stipulatio, Inst. d. t. tum etiam, quòd dominus & Vasallus ad paria tenentur, t. 6. in fin. & t. 33. §. 1. 2. F. ut proinde, sicut Vasallus intra præfinitum tempus Inuestituram petere cogitur, ita quoq; dominus intra idem tempus illum inuestire iubeatur, neq; de hoc inuito alterutro recedere liceat, per t. 7. t. F. facit l. contractus. de R. I. & probat. Iac. de S. Georg. d. loc. in verb. qui quidem Inuestiti. n. 33.

Porro

XLVIII.

Porrò vt certo & definito tempore, sic & loco opportuno, in domini scilicet territorio, & quidem habitationis eiusdem consuetæ loco, petere iubetur Vasallus renouationem inuestituræ, (a) humiliter & deuotè, (b) vel expressè promittendo fidelitatem domino, (c) vel tacitè offerendo sese ad promissionem fidei feudalitiam. (d)

a) arg. l. 39. ff. de solut. & scribit Schrad. de feud. p. 6. c. 3. n. 10. & 20. Laud. ad t. 22. lib. 1. F. Sylu. de feud. recog. q. 18. Vasallus igitur dominum extra territorium sequi non tenetur, nisi is fuerit in loco vicino, quo sine magno sumptu venire possit, arg. l. Mausia. 13. ff. de an. legat. l. sed & S. 2. D. de Procurat. l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. Curt. lun. de F. p. 4. n. 49. Schenck. ad t. 24. n. 7. 2. F. Schneidvv. de feud. p. 5. n. 50. (b) per text. t. 23. vers. quomodo enim. 2 F. (c) text in t. 24. in pr. 2. F. (d) t. in t. 22. in pr. 1. F. t. 52. in fin. & t. 55. in pr. §. praterea si quis. 2. F.

XLIX.

Solemnitatem renouationis inuestituræ quod attinet, requiritur, vt testes adhibeantur, si non pares curiæ, quos noua inuestitura desiderat, (a) tamen extranei, (b) & fidelitas vel cum iuramento promittatur, si fuerit eiusmodi feudum, cuius inuestitura iusiurandum exigit, (c) vel sine iuramento, nudâ promissione fidelitatem Vasallus polliceatur, si tali pacto fuerit adquisitum. (d)

a) per allegata ad disp. preced. (b) text. in tit. 32. §. de veteri 2. F. (c) t. 40. in pr. 2. F. Quòd si Vasallus domino & illius successoribus iam antea iurauerit, tum mutato domino, à nouo iuramento liberatur, c. veritatis. extra. de iureiur. Jac. de S. Georg. tr. F. dd. verb. qui quidem inuestiti. n. 35. (d) t. 3. in fin. & t. 24. §. 1. 2. F. Laudemium tamen Vasallus domino offerre & prestare non cogitur, nisi id vel inuestitura pacto cautum sit, vel consuetudine alicubi receptum fuerit, Jac. de S. Georg. d. loco. n. 58. Sylu. de feud. recog. q. 20. Hen. Gæd. cons. 25. H. Pist. lib. 1. q. 50. n. 61.

L.

Effectus omissionis inuestituræ renouationis hic est, quòd Vasallus, qui citra iustam causam, ex incuriâ vel negligentia dolosa, intra præfixitum tempus illam petere neglexerit, feudum amittat, (a) dominus verò, qui intra legitimum tempus inuestire Vasallum sine iustâ causâ recuset, proprietatem rei feudalis perdat. (b)

uu 3.

a) text.

a) text. int. 24. in pr. & t. 40. in pr. ibi. ipsum perdant. 2. F. iuncto t. 52. S. ult. & t. 55. in prin. vers. praterea. eod. quod si iusta causa interuenerit, quare inuestituram non petierit, feudo non priuatur, vt si contigerit mors Vasalli prope finem anni, quo casu equum est, eius successori redintegrari tempora ex sua persona, si item interuenerint capitales inimicitia, id est, bellum quod Vasallus exercet cum alio, vel Reip. causa Vasallus absit aut nondum infantiam excesserit, d. r. 22. in pr. 1. F. (b) arg. t. 26. S. domino committente. & t. 47. iuncto t. 6. S. ult. 2. F. & scribit lac. de S. Georg. d. prius loco. num. 40

N E P A G E L L A H Æ C V A
 C V A R E L I N Q U E R E T V R, P L A C V I T C O R O
 nidis loco subsequenter quæstionem
 aspergere.



VM IN FEVDIS SVCCEDANT, LIBERI NON TANTUM legitime nati, sed & per subsequens matrimonium legitimi, (a) in disceptationem trahitur, an liberi naturales efficiantur legitimi, per illud etiam matrimonium, quod solo contrahentium consensu, sine legali solennitate, & parentum, in quorum potestate ipsi contrahentes sunt constituti, voluntate, fuit contractum, ad hoc sc. vt patri, vel eo defuncto, auo paterno in allodijs, vel etiam in feudis succedere possint? Quod etsi non ita pridem, in facti contingentia, & iurium (b) & Dd. autoritate (c) anxie admodum quidam affirmare tentauerit, maxime si corporalis coniunctio subsequuta fuerit: (d) Nos tamen illam opinionem vt erroneam, & iuri tam diuino atque naturali, quam ciuili & canonico è diametro contrariam, reiiciendam, & negatiuam vt veriore amplexendam esse ducimus, (e)

a) per allegata ad thes. 7. lit. d. (b) idq. tum per text. l. nuptias. 30. ff. de R. I. quo loci nuptias solo consensu perfici legitur. l. 9. l. 22. C. d. nupt. vbi ex adhibitione pompa, aliufue nuptiarum celebritatis, nulla matrimonij firmitas nasci rescribitur, l. penult. ff. de donat. int. vir. & vxor. in qua matrimonium consensu contrahi, & post consensum interpositum donationem inter contrahentes tanquam inter virum & vxorem prohibitam esse respondetur. c. cum causa. extr. de raptor. c. super eo. extr. de condit. apposit. c. sufficiat.

ciat. 27. q. 2. c. requisit. c. gemma. extr. de sponsal. quibus locis matrimonia
 libera esse, & contrahentium consensum sufficere debere sancitur. (c) Gail.
 2. obs. 95. num. 5. & obs. 93. num. 3. Couar. in epit. in lib. 4. decret. part. 2.
 cap. 3. §. 8. num. 1. Dec. ad l. 30. de R. I. Soarez. lit. F. num. 203. Sichard.
 ad l. 4. num. 6. C. de spons. Schneidvv. item. Vvesemb. & aliorum (d) per
 l. 1. §. fin. de lib. exhib. Paul. 2. sent. t. 19. Vvesemb. in parat. de rit. nupt.
 num. 3. Schneidvv. de nupt. part. 2. num. 36. (e) Quod enim ad iustarum
 nuptiarum perfectionem, præter consensum contrahentium requiratur ius-
 sus parentum, in quorum sunt potestate, probatur non solum ex Iure Diuino,
 Gen. 28. vers. 1. 24. vers. 5. Exod. 21. vers. 7. 22. vers. 17. Iudic. 14. Ierem. 29.
 Math. 1. & Naturali, §. 1. Inst. de nupt. iunct. l. 2. ff. de iust. & iur. l. 2. ff.
 de in ius voc. sed & Iure Canonico, c. tua. de sponsal. c. aliter. c. nostras.
 c. qualis. 30. q. 5. c. non omnis. §. paterno. 32. q. 2. c. videtur. qui matr.
 accus. poss. Ciuili. Inst. de nupt. in pr. iunct. §. si aduersus ea. l. 2. ff. de rit.
 nupt. l. nec filium. 12. C. de nupt. l. 20. eod. l. sponsalia & l. seq. de spons. l. vn.
 §. 1. in fin. vers. oportet. C. de rapt. virg. in tantum ut iussus parentum præce-
 dere debeat nec rati habitio sufficiat, ad hoc ut ab initio iustum sit matrimo-
 nium. l. 13. ff. de his qui not. not. infam. l. 6. C. de nupt. arg. l. si vxor. 13. §. si
 quis. ff. ad l. lul. de adult. Cuiac. lib. 3. obs. 5. Peck. tr. de test. coniug. lib. 1. c. 5.
 & lib. 2. c. 5. & omnium ferè locorum statuario, huius scilicet Ducatus,
 Vviremb. Imperialis Ciuitatis Halensis aliarumq; plurimorum; deniq; Dd.
 auctoritate, Borchelt. de gradib. pag. 38. Coras. 1. Miscel. 17. & lib. 1. cap. 29.
 Beust. part. 2. cap. 45. Olden. cl. 4. act. 26. Cuiac. in lib. 35. Paul. ad edict.
 pag. 191. Donell. lib. 13. comm. cap. 20. Duar. ad t. sol. mat. cap. 2. Bl. ad c. iu-
 ravit. num. 10. extr. de probat. Bulgar. Sturtz. ad l. nupt. de R. I. num. 23.
 Hotom. lib. 5. obs. 6. Dn. Præses. clas. 1. disp. 19. th. 84. Quod deinde & se-
 cundò ad iustas nuptias pro essentiali siue substantiali forma, per quam à re-
 liquis actibus & conuentionibus distinguuntur, desideretur nuptiarum fe-
 stinitas, hoc est, de iure Iustiniano, deductio sponsæ in domum sponsi, ar-
 guit. l. mulierem. l. denique. ff. de rit. nupt. iunct. l. vxoris. in fin. ff. de his qui
 not. infam. l. cum in te. C. de don. ant. nupt. l. cum fuerit. ff. de cond. & de-
 mon. l. sancimus. 24. C. de nupt. l. 32. ff. ad municip. l. 9. ff. de spons. l. dotis
 promissio. ff. de iur. dot. l. cum hic status. 32. §. si quis sponsam. ff. de don. int.
 vir. & vx. cui Romanorum iuri hac in parte consentire videtur ius diuinum
 Deut. cap. 20. Math. 1. de iure. a. Can. & vsu hodierno vbiq; ferè locorū obseruari
 solito exigatur, ut in Ecclesijs matrimonia, per ministrū Ecclesie publicè propo-
 nantur,

nantur, item vt vir & vxor, accedentibus Ecclesia precibus, & benedictione
 adhibita per eundem iungantur & copulentur, probat. c. nulli. 35. q. 2.
 c. aliter. c. nullus. c. nostrates. S. 1. c. sponsus. 30. q. 5. c. vlt: dist. 23.
 cap. 1. & c. vir autem. extr. de secund. nupt. Concordat. Nou. Leon. 89.
 item c. inhibitio. & c. quod nobis. extra. de despons. Fürst. Wür-
 temb. Item / der löblichen Reichsstat Schwäbi schen Hall Ehegerichts-
 ordnung. Sicut itaq; liberi legitimi procreantur ex nuptiis tantum iusti &
 legitimis, Inst. de pat. potest. in pr. Ita & naturales legitimantur per
 subsequens matrimonium si fuerit iustum &
 legitimum.

FINIS DISPUTATIONIS
 DECIMÆ QUINTÆ.

Ka 3071

(3/4)


ULB Halle 3
003 261 573




sb

Burblind. 3/1.







B.I.G.

Farbkarte #13

36r

Disputatio XV.

AD ACQUISITIONEM FEVDI
per successionem.

QVAM,

Fuante DEO.

AUTORITATE

CONSENSV AMPLISS-
SIMI IURISCONSULTO-
RVM COLLEGII,

PRÆSIDE,

SVLTISSIMO VI- HENRICO BOCERO,

*risimo, & in illustri Tubingensium Academia Profef-
sore celeberrimo, Præceptore, & patrono
suo summè honorando,*

SIGNIBVS ET PRIVILEGIIS
alibus in vtroq; Iure consequendis, ad 19. Decemb.
horis matutinis publicè in Aulâ nouâ, de-
fendendam sibi sumit

THÆVS SCHVLTÆR, E.



TUBINGÆ,

Georgium Gruppenbachium.

ANNO M. D. XCIX.

00

